

PHILE
DE
ANIMALIUM PROPRIETATE,

EX PRIMA EDITIONE ARSENII ET LIBRO OXONIENSI RESTITUTUS

A

JOANNE CORNELIO DE PAUW,

CUM EJUSDEM ANIMADVERSIONIBUS ET VERSIONE LATINA

GREGORII BERSMANNI.

ACCEDUNT EX EODEM LIBRO OXONIENSI NON PAUCA HACTENUS INEDITA.





TRAJECTI AD RHENUM,
Apud GUILIELMUM STOUW.
MDCCXXX.





ABRAHAMO GRONOVIO

S. P. D.

JOANNES CORNELIUS DE PAUW.

Philen ad te mitto, Vir Amicissime, non spurium illum & adulterinum, quem ex ergastulo suo in publicum protrusit Gregorius Bersmannus, sed genuinum & verum, quem ex Codice Membranaceo in lucem edidit Arsenius Monembasiæ Archiepiscopus, & Tu in Libro Oxoniensi, a celeberrimo Calligrapho, Angelo Bergecio, nitidissime exarato, summa cum voluptate & summa cum attentione ante aliquot annos in ipsa Anglia spectasti. Scripsit ille, Sapientissimi cognomen sua ætate meritus, Libellum de Animalium Pro-

prietate Senariis, quos vocant, Politicis: In quibus cum ad ſyllabarum numerum, non ad ſyllabarum attendatur menſuram, atque adeo Spondæi, Pyrrhichii, & Trochæi in ipſis locis paribus adhibeantur, omneſque Verſus ex pedibus Diſyllabis compoſiti, præciſe Dodecaſyllabi eſſe debeant; certiſſimus ille Metri Politici Canon Joachimo Camerario adeo diſplicuit, ut pleroſque Verſus ita adornatos ad modulum Poëticum reducere tentaverit, & neglecto ſyllabarum numero, ſyllabarum menſuræ contra rationem habuerit unice. Quod cum ex lectione Philæ ſtatim intelligerem, & aperte etiam declararent verba illa Berſmanni in Præfationis Epilogo, *Quicunque vero hæc legendo cognoſcere non dedignati fuerint, eos monitos velim, neſcii ne ſint, in Metro Græcorum Phile Verſuum, in quibus, quod Verſibus, quos Politicos Grammatici nominarunt, uſuvenire ſolet, nonnunquam ſyllabarum magis numerum, quam Metri rationem obſervatam, erat animadvertere; in illo, inquam, ſi*

quæ

quæ non constabant, ea mutata esse aliquoties corrigendo ab eo, de cujus hortatu hunc expositionis laborem quasi vicarium, primum suscepi, non potuit non facinus illud Hominis non ineruditi mihi & temerarium videri & ineptum. Quia autem Bersmannus non minus temere & inepte omnia Præceptoris sui commenta in ipsum Contextum receperat, suppressa plane Lectione antiqua; quid in universum, non quid singulatim factum esset, scire poteram, & si aliquando mutarem, quæ certo certius ab ipso Phile non erant profecta, incertus ipse & dubius inter vera & falsa hærebam ubique: Quod cum ab Artis Criticæ norma & ingenio meo quam maxime abhorreret, commode mihi Lugduni Te invisenti exhibuisti Auctorem cum Libro illo Oxoniensi diligentissime a Te collatum, eumque, qua eximia es humanitate, statim mihi obtulisti ultro, ut si vellem, id omne, quod Tibi excerpseras, non modo in usus meos, sed etiam in usus publicos converterem: Quod cum libenter ego acciperem, mox

beneficio tuo cognovi, in quibus lectio vulgata a lectione MS[ta] discreparet, edendique Libellum pariter consilium cepi, ut sic Orbis Literatus videret, quid Criticorum insania possit, & ipse Philes in posterum legeretur denuo, non misellus Philæ Interpolator. Id autem, ut Tu probe scis, jam executus fuissem diu, si Editionem Arsenii principem eodem tempore nancisci potuissem: Quia enim Venetam illam interpolaverat Camerarius, eam ante omnia etiam mihi comparandam esse autumabam, ut sic Contextus absque ullo periculo mutari, & Hominis imprudentia in clarissima luce collocari posset. Quæsivi igitur & quæsiverunt mecum Amici, quos inter etiam Tu, diligenter & diu, sed frustra & incassum; adeo ut spes inveniendi jam fere decollata esset mihi: Sed cum anno elapso innotueram D. JOANNI MITCHELL, quo humaniorem & ad promovenda Literarum negotia paratiorem non novi, id opera & comitate sua apud plurimum REV. D. N. CLAGGET, D. D. Decanum Roffensem,

ſem, effecit, ut Vir ille Eruditiſſimus, quanquam publicis privatiſque negotiis non leviter diſtrictus, Berſmanni Editionem cum Editione Arſenii, quæ in Illuſtriſſimi SUNDERLANDIÆ Comitis, Lutetiæ nuper defuncti, cui merito ſuo erat percharus, inſtructiſſima & vere regia Bibliotheca reperitur, ipſe contulerit, varianteſque lectiones manu ſua accurate deſcriptas cum literis humaniſſimis ad me transmiſerit: Quo nomine ſicuti privatim antea, ita publice nunc Viris illis Eximiis gratias ago, quas poſſum & debeo, maximas. Sic igitur voti compos factus, ex Libri Oxonienſis & Editionis Arſenianæ conſenſu Camerarii audaciam plane perſpexi, & ad novam Editionem Philæ animum ſtatim applicui: Quem, ſi pauca excipias manifeſte corrupta, nunc ita exhibeo, uti ab Arſenio primum editus eſt, omisſis Critici ſomniculoſi ineptiis, qui non modo in eo erravit turpiter, quod Verſus Politicos Politicos eſſe noluerit, & pleriſque interpolatis, plurimos reliquerit intactos, ac ſi corpus humanum

cum

cum cervice equina componere, aliquid eſſet vere egregium; ſed ita etiam verſatus eſt in Verſibus refingendis, ut nec Metri legitimi, nec Sermonis probati rationem ſæpe habuerit ullam: Nam & particulas ingeſſit, & voces tranſpoſuit, & ſyllabas dimenſus eſt, adeo imperite, & adeo incondite, ut ipſi Tyrones ea & melius ſcire, & felicius præſtare poſſent. Quare ejus conjectatiunculas in Notis allegans, raro etiam earum turpitudinem notavi, nimium diffidere Lectoris mihi viſus ingenio, ſi id cum nauſea & incommodo meo ubique agerem. In Verſione Bersmanni plura etiam ſunt, quæ rectius potuiſſent verti, ſed in illis corrigendis tempus terere nolui, quia ſemper abhorrui a more eorum, qui Græcos Auctores recenſentes, Verſioni Latinæ magis, quam ipſi Contextui Græco adhærent: Qui Græca callent, ea facile corrigere poterunt ipſi, ſatiſque habui notare ea, quæ majoris erant momenti, & ſi omiſiſſem, officio defuiſſem meo, neque Editoris haud indiligentis expleviſſem partes,

tes. Dum autem Philen tracto, Ælianum tractare non potui non, dataque occaſione loca quædam male affecta in ejus Magiſtro ſanavi: Quin & alia quædam ex aliis Auctoribus adjeci, quæ vel obſcura illuſtrari, vel corrupta emendari, in tranſitu poterant non incommode, ut ſic varietas modica Lectoris animum delectaret modice, nec unius Philæ loca ubique ſe offerrent ſola. De additamentis, quæ Libro Oxonienſi debentur, quid ſentiam, dixi ſuis locis, eaque publico invidere nec volui, nec potui: Sed & Arſenii Epiſtolam Dedicatoriam ad Imperatorem Carolum Quintum, quam Digniſſimus ille Decanus una deſcripſerat, adjungere non inutile duxi, quia Editio ejus eſt rariſſima, & ipſa Epiſtola quædam continet ſcitu non indigna. Libellum autem hunc nomini tuo inſcribo, quia Tu primus es, qui ad eum edendum mihi humanitate tua præbuiſti occaſionem, idque eo libentius ago, quo publica amicitiæ, quam Tecum

ſyncere colo, mihi gratior eſt declaratio. Accipe igitur munuſculum hoc Amice ab Amico tuo, & crede, me gratulaturum eſſe mihi, ſi opellam hanc Tibi, & aliis, qui ſunt Tibi ſimiles, non diſplicuiſſe intellexero. Vale Vir Eximie, & res tuas feliciter gere. Dabam Trajecti ad Rhenum Nonis Novembr. Anno MDCCXXIX.



ΤΩ

ΤΩ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΩ ΚΑΙ ΘΕΟΣΕΠΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙ

ΚΑΡΟΛΩ ΑΡΣΕΝΙΟΣ

Ο ΜΟΝΕΜΒΑΣΙΑΣ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΣ, ΑΙΡΕΙΝ ΑΕΙ ΤΡΟΠΑΙΑ ΚΑΤΑ ΒΑΡΒΑΡΩΝ.

Ὀππιανὸς μὲν πάλαι, γαληνότατε Βασιλεῦ, Ἁλιευτικὰ καὶ Κυνηγετικὰ συγγραψάμενος, τῷ βασιλεῖ Ἀντωνίνῳ ἀφωσιώσατο, οἷς ἐκεῖνος ὑπερησθεὶς, τὸν μὲν ἐκείνου πατέρα μεγαλοπρεπῶς τε ἅμα καὶ ἐλευθερίως ἐδεξιώσατο, τὸν δὲ πάππον ἐξόριστον ὄντα, τῷ υἱῷ φίλα φέρων, τῇ πατρίδι κατήγαγε. Φιλῆς δέ τις τῶν μεταγενεστέρων, ἔν τε ἄλλοις, κἀν τῷ ἰαμβοπλοκεῖν θαυμαζόμενος, ἐν δυσὶ χιλιάσιν ἰάμβων ἐγγὺς, περὶ ζώων ἰδιότητος βιβλίον συνέθετο, ὃ δὴ Μιχαὴλῳ τῷ Αὐτοκράτορι προσεφώνησε, φιλοτιμηθεὶς καὶ αὐτὸς παρὰ τοῦ βασιλέως τὰ μάλιστα. Ἀλλὰ τὰ μὲν τοῦ Ὀππιανοῦ, καὶ πρὶν τυπωθῆναι, εὑρίσκετο δήπου παρὰ πολλοῖς, τὸ δὲ τοῦ Φιλῆ ἦν τοῦτο καὶ μόνον * ὥς λέγουσι τὸ πρωτότυπον παρ' ἐμοὶ, πλὴν γε καταπεπατημένον καὶ εἰς πολλὰς διερρηγμένον τομὰς, εἱρμὸν ἀνάρμοστον ἔχον, τῶν φύλλων μετατεθειμένων καὶ ἐναλλάγδην διερραμμένων, καὶ ὡς ἄλλος Πελίας πρὸς ἀνακαινισμὸν, ἑτέρας Μηδείας δεόμενον. Ἀλλ' οὖν ἐγὼ τὸ βιβλίον ἀνατεμὼν καὶ τὰ φύλλα κατὰ τάξιν συνθείς τε καὶ ἁρμολογησάμενος, εἴς τε τὴν προτέραν ἀποκατάστασιν ἐπιμελείας ζέσει συναγαγὼν, ἔγνων ἐντυπῶσαι καὶ ἀφιερῶσαι τῇ βασιλείᾳ σου. ὃ δὴ, συναιρομένου Θεοῦ, καὶ πεποίηκα, δῶρον ἐπωφελές τε καὶ χάριεν νομίσας προσκομίσαι τῷ κράτει σου. Ενταῦθα γὰρ ἂν ἴδοις τὰ ζῶα, θειότατε Βασιλεῦ, ὅπως τῷ

κοινῷ

* Id temere narratum: Nam adhuc hodie præter Librum Anglicanum, Romæ in Bibliotheca Vaticana & Lutetiæ in Bibliotheca Regia extat Philes MStus. Nob. Du Cange in 1. & 2. Append. ad Gloffar. Med. Græcit. pag. 64. 70. & 214. etiam adducit Verfus Anonymi de Animalium Proprietate, qui funt ipfius Philæ. Alii Libri latitant forte alibi.

κοινῷ νόμῳ τῆς φύσεως χρώμενα, ἄνευ προσταγμάτων καὶ διαγραμμάτων βασιλικῶν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἐπιμελοῦνται, καὶ προαιροῦνται μὲν τὴν ἀφαρισμένην αὐτοῖς παρὰ τῆς φύσεως δίαιταν, ἐκφεύγουσι δὲ τὰ φευκτὰ καὶ προσκολλῶνται τοῖς κρείττοσι, τῶν λογικῶν μᾶλλον, οἱ λόγῳ καὶ νόμῳ καὶ παιδείᾳ κοσμούμεθα. Θεάσῃ δ' αὖ τὴν εἰς τοὺς γονεῖς φιλοστοργίαν τῶν πελαργῶν, ὅπως τε ἐπιδημοῦσι καὶ ἀποδημοῦσιν, ὡς ἐξ ἑνὸς συνθήματος. καὶ αὖθις τὰς κορώνας, ὅπως αὐτοῖς τὸ συμπαθὲς ἐνδεικνύμεναι, καὶ ὥσπερ τινὰ συμμαχίαν αὐτοῖς παρεχόμεναι πρὸς ἀλλοτρίους ὄρνιθας παραπέμπουσι. Θαυμάσῃς ἔτι τὸ προφυλακτικὸν τῶν γεράνων, ὅπερ ἔν τε τῷ καθεύδειν, κἀν τῇ πτήσει φυλάττουσιν. ἡ μὲν γὰρ ἡγεῖται πρὸς ὥραν, εἶτα πάλιν κατόπιν ἐλθοῦσα τὴν ὁδηγίαν τῇ μεθ' ἑαυτὴν παραδίδωσι. Γνώσῃ τὴν κατὰ τοὺς σῆρας μεταβολήν, κἀκ τούτων προσέτι μνησθεὶς τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀσφάλειαν, καταφρονήσεις τῶν ἀθετούντων αὐτῆς τὸ ἀπόρρητον δόγμα. Ἀποβλέψῃς πάλιν τοὺς γύπας, πῶς ἀσυνδυάστως τίκτουσι, καὶ καταπτύσεις τῶν καταγελώντων τὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας μέγα μυστήριον, ἀδύνατον καὶ ἔξω τῆς φύσεως εἶναι ληρούντων παρθένον τεκεῖν, τῆς παρθενίας αὐτῇ φυλαττομένης ἀχράντου, ἣν Χριστιανοῖς ὑμνητέον εἶναι, ἐπαινετέον τε, καὶ δοξαστέον, μετὰ τοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα Θεὸν ἡμῶν νενόμισται. Αγαθείης δὲ πάλιν τὴν τῶν ἰχθύων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων τὴν σοφὴν καὶ εὔτακτον διακόσμησιν· πῶς τὰς μεταβολὰς τῶν καιρῶν, τῇ φυσικῇ αἰσθήσει προκατανοοῦσι καὶ προγινώσκουσιν· ὅπως τε τοῖς Ἱπποκράτους εἰπόντες χαίρειν ἀφορισμοῖς, ἄλλα ἄλλῳ χρώμενα τῶν φαρμάκων, ἑαυτὰ ἐξιῶνται. Καὶ ἄρκτος μὲν τῷ φλώμῳ τὰς ὠτειλὰς παραβύεται· χελώνη δὲ δι' ὀριγάνου τὴν ἐξ ἰοβόλου λύμην ἐκκρούεται· ἀλώπηξ τῷ δακρύῳ τῆς πίτυος ἑαυτὴν ἰατρεύει· ὄφις ἐμφορηθεὶς μαράθῳ τὴν ὀφθαλμίαν ἀποβάλλεται. Τούτων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων, πτηνῶν, πεζῶν, ἑρπυστικῶν τε καὶ νηκτῶν, τήνδε θεάσῃ τὴν ἔμφυτον φύσιν καὶ ἰδιότητα. Ἥδιστον οὖν, ὡς ἔφην, καὶ ἐπωφελὲς διὰ ταῦτα νενόμικα τὸ βιβλίον γενέσθαι τῇ βασιλείᾳ σου. Πέπεισμαι δὲ τήνδε τὴν δευ-

δευτέραν ἔκδοσιν τούτου τῆς προτέρας τὴν εὐδαιμονίαν γε ὑπερακοντίσασθαι; ἐπείπερ ἀνατίθεται βασιλεῖ ἅπασι τούτοις τὴν βασιλείαν κοσμοῦντι, οἷς ἐκείνη σεμνύνεται τῶν προτέρων βασιλέων ἐπέκεινα. Ἔρρωσο.

Οὕτω σε τανῦν ἑστιῶ τὸ κράτιστον
Νηκτοῖς, πετεινοῖς, κτήνεσιν, ἑρπυστοῖς τε.
Αὖθις δέ σοι τράπεζαν, εἰ δοίης, θήσω,
Εἰς ἐκτύπωσιν πορισμὸν τὰ ἀρκοῦντα,
Λαμπροῖς στρατηγήμασι τοῦ Πολυαίνου,
Οἷς κεῖνος εἱστίασε τὼ βασιλῆε
Πάλαι, τὸν Οὐῆρον τέ καὶ Ἀντωνῖνον.

Κύων ἐγὼ σὸς, καὶ γλυκὺς σὺ δεσπότης·
Οὐκοῦν ὑλακτῶ, καὶ φαγεῖν ζητῶ βρῶμα.
Ἄναξ λεοντόθυμε τὸν κύνα τρέφε.
Θρέμματα γὰρ θηρᾶν σε βλέπω βαρβάρων.

RELIGIOSISSIMO ET AUGUSTISS. REGI

CAROLO ARSENIUS

MONEMBASIÆ ARCHIEPISCOPUS, TROPHÆORUM SEMPER CONTRA BARBAROS ERECTIONEM.

Oppianus quondam, Auguſte Rex, Piſcatoria Venatoriaque quum ſcripſiſſet, Antonino Regi dicavit; quibus ille mi-

rum in modum delectatus, eorum quidem parentem magnifice simul ac liberaliter accepit, avum vero exulem, filio gratificatus, patriæ reddidit. At Philes posterius genitorum quidam, cum in aliis, tum in Jambis texendis, admirationi habitus, ad duo fere Jamborum millia, de Animalium Proprietate librum condidit. Quod Michaëli utique Imperatori nuncupavit, honoratus & ipse a Rege in primis. Verum Oppiani quidem scripta, & priusquam imprimerentur, penes multos inveniri erat; Philæ vero id, unicumque ut perhibent, exemplar penes me, veruntamen conculcatum atque in multa fragmenta discissum, incoibili serie, foliis ab invicem dissutis, &, ut ita dixerim, velut alius Pelias ad instaurationem alia Medea indigens. Codicem igitur recidens, ac folia seriatim componens, perque artus coagmentans, in priorem statum studii ardore quum coëgissem, imprimendum statui tuæque dedicandum Majestati. Quod cum Deo & feci, gratum munus atque utile ratus adferre Potentiæ Tuæ. Hic enim videas, Divine Rex, quomodo animalia communi naturæ lege utentia sine jussis & præscriptis Regiis propriam salutem curent, & appetant quidem præfixam ipsis a natura vivendi rationem, ac fugienda devitent, adhæreantque iis, quæ meliora sunt, rationalibus magis, qui sermone legeque ac disciplina ornamur. Contempleris Ciconiarum in parentes charitatem, quomodoque accedant recedantque veluti ex compacto. Rursum Cornices, quomodo erga illas affectum ostendentes velutque subsidium quoddam ipsis præbentes adversus externas aves exeant. Mireris Gruum præcautionem, quam cum inter dormiendum, tum inter volandum servant. Alia quidem ad horam præit, tum retrofacta, ducatum sequenti se tradit. Agnoscas in Scribus vermiculis trans-

mu-

mutationem, & ex iis amplius eruditus Resurrectionis certitudinem, despicies reprobantium ipsam nefarium dogma. Respicias Vultures, quomodo citra copulam pariant, & despues qui derident magnum in carne dispensationis Mysterium, impossibile ac præter naturam esse nugantes, Virginem parere, virginitate ei impolluta servata, quam Christianis celebrandum esse, laudandumque & glorificandum post ex ipsa incarnatum Deum Nostrum sancitum est. Admireris præterea Piscium, aliorumque Animalium sapientem compositamque dispositionem; quomodo temporum instabilitates naturali sensu præintelligant præcognoscantque: Quomodoque jussis valere Hippocratis Aphorismis, alia aliis Pharmacorum usa, se ipsa curent. Et Ursus quidem Phlomo vulnera obturat. Testudo Origano venenati labem repellit. Vulpes pinûs lacrimâ se ipsam medicatur. Serpens fœniculo pastus oculorum morbum excutit. Horum reliquorumque Animalium, Volucrium, Pedestriumque, Reptiliumque, & Natatilium hic genuinam speculeris naturam proprietatesque. Igitur jucundissimum, ut dixi, atque utilem, ob hæc hujusmodique, arbitratus sum librum fore Imperio Tuo. Persuasus autem sum secundam hujus emissionem prioris felicitatem superaturam, quia Regi dicatur omnibus his regnum exornanti, quibus supra priores Reges honestatur. Vale.

Sic te, quod ad præsens spectat, Potentissimum pasco
Natatilibus, volucribus, jumentis, reptilibusque:
Mox tibi rursum Mensam apponam, si dederis
In impressionem facultatem sufficientem,

Cele-

Celebribus consiliis Polyani,
Quibus ille Reges pavit
Quondam, Verum Antoninumque.

Canis ego tuus, & dulcis tu dominus:
Igitur allatro, & comedere cibum quaro.
Rex Leonina generositatis, Canem ale,
Armenta enim venari te Barbarorum aspicio.



ΦΙ-

ΦΙΛΗ
ΠΕΡΙ
ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ

ΦΙΛΗ ΣΤΙΧΟΙ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΥΡΙΟΝ ΜΙΧΑΗΛ

ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ.

ΧΡΗΝ μὲν Ἀδὰμ τὸν γενάρχην τὸν μέγαν,
Τὴν δεσποτικὴν ἐντολὴν δεδεγμένον,
Τηρεῖν καθαρὰν τῆς ψυχῆς τὴν ἀξίαν,
Καὶ θηρίων ἄρχοντα παντοίων μένειν.
Ἐπεὶ δὲ φαγὼν τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως,

Ἔγνω

TΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ &c.] Ita ex Libro ſuo edidit Arſenius: In Libro Oxonienſi eſt, Τοῦ σοφωτάτου Μανουὴλ τοῦ Φιλῆ Στίχοι Ἰαμβικοὶ πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα Μιχαὴλ, τὸν Παλαιόλογον, Περὶ τῆς τῶν ζώων ἰδιότητος· βιβλίον πρῶτον. In illo videlicet Exemplari Opuſculum in tres partes dividitur, ſicuti ipſa Animalia in tria genera dividuntur vulgo: Nam poſt Caput 32. ſequitur primo Τέλος τῶν ὀρνέων, dein Literis uncialibus ſubjicitur Περὶ τῶν ζώων τῶν χερσαίων: Et ſimiliter poſt Caput 70, quod Terreſtrium exhibet poſtremum, in Pagella ſcriptum eſt nova Περὶ τῶν ζώων τῶν ἐνύδρων. Atque hæc diſtinctio non inepta quidem eſt, ſed ab ipſo tamen Auctore non profecta videtur mihi: Fallor enim, aut has Animalium proprietates in unum Libellum conſtrinxit ille; & quod ſeries narrationis indicabat aperte, Librorum diſtinctione indicare ſupervacaneum duxit. Quare naſutis Grammaticis iſta adſcribo, quos ipſa Titulorum forma non obſcure prodit: Nam unde cæteroquin illa varietas? βιβλίον πρῶτον habemus primo; tum τῶν ὀρνέων, non βιβλίου πρώτου, ſequitur τέλος: Dein omiſſa Libri mentione ſuccedunt ζῶα τὰ χερσαῖα, iisque deſcriptis, non τέλος τῶν χερσαίων apponitur, ſed ſtatim ad τὰ ἔνυδρα tranſitur: Ut vides, ſine ullo ordine certo, quem ipſe Auctor ſine dubio tenuiſſet, ſi ſimile quid habuiſſet in mente: Et ſic diſtinctio non inepta, inepte propoſita fuit mireque titubat. Addam aliud: ut de Librorum, ita de Capitum

SAPIENTISSIMI AC ERUDITISSIMI

PHILE VERSUS

AD IMPERAT. D. MICHAELUM

DE ANIMALIUM PROPRIETATE.


Nostræ ſatorem, par erat, propaginis,
Mandato ADAMUM conditoris optimi
Parere, decus animique ſervare integrum,
In belluaſque jus ſibi datum imperI.
Sed ore poſtquam contigit Scientiæ

Fa-

tum diſtinctione dubito: Nam & Codd. MSS. in illis diſcrepant, & Inſcriptiones non paucæ ab Arſeniano aberant, tum quædam inter receptas plane ſupervacaneæ ſunt & ineptæ. Ut dicam, quod ſentio, Philen hæc omnia executum arbitror una ſerie & uno ductu, neque ullam diſtinctionem ab eo adhibitam puto, niſi vel Literæ majuſculæ, vel Verſus ab initio paulo introrſum retracti: Sic enim diſcrimen fuit ſatis apertum, ordiniſque non neglecta fuit ratio. Ut exemplo illuſtrem, quod dico; notiſſimum eſt Piſidæ Opuſculum de Opificio Mundi: quod cum in Libros & Capita etiam diſtingui poſſet, ex Codd. MSS. nunc ita pe[r]bene editur, ut præter illam diſtinctionem Literæ majuſculæ Verſusque a principio paululum recedentis alia adſit nulla.

1. Ἐχρῆν μὲν Ἀδὰμ τὸν &c.] Hunc ordinem verborum Metrum Politicum amat, & Liber Oxonienſis etiam ſervat: Bersmannus tamen cum Camerario ſuo, Ἐχρῆν Ἀδὰμ μὲν τὸν &c.

2. Τὴν δεσποτικὴν ἐντολὴν] Eadem Lectio eſt in Libro Oxonienſi: Bersmannus & Camerarius, Τοῦ δεσπότου τὴν ἐντολὴν δεδεγμένον.

3. Τηρεῖν καθαρὰν] Bersmannus duce Camerario particulam τε inter τηρεῖν & καθαρὰν intruſit: Liber Anglicanus, ut hic.

5. Ἐπεὶ δὲ φαγὼν] Editio Bersmanni inverſo iterum ordine verborum, Ἐπεὶ φαγὼν δὲ: Cod. Oxon. Arſenianum illud confirmat.

Εγνω παρευθὺς τὴν τιμὴν καθυϐρίσας,
Ημειψε καὶ τὸ σχῆμα τῆς ἐξυσίας,
Καὶ θῆρες αἰδῦς ἀγνοήσαντες νόμυς,
Ως δυσμενῆ φεύγυσι τὸν πρὶν δεσπότην·
Καὶ τὸν χαλινὸν ἐνδακόντες τῦ κράτυς,
Ρήσσυσιν ὓς ἔστερξον εὐνοίας βρόχυς,
Καὶ ζῶσι λοιπὸν εἰς ἐρήμυς γῆς τόπυς.
Εγὼ δέ σοι θήρατρον εὐνοίας πλέκων,
Ηνεγκα τὺς φυγάδας ἐξ ἐρημίας.
Σῦ γὰρ ἀνατέλλοντος ἡλίυ δίκην,
Ως εἶπε Δαυὶδ ζωγραφήσας τὴν κλίσιν,
Εἰς μάνδραν ἐχρῆν συνδραμεῖν τύτυς λόγων.
Καὶ λῖνα ῥυθμῦ τεχνικῶς ὑφαρμόσας,
Πολλῶν πετεινῶν ὐ παρέδραμον φύσεις.
Καὶ πάντα βυθὸν ἐξερευνήσας λόγων,
Συνέσχον ἰχθῦς τῇ πλοκῇ τῆς λέξεως.

Ως

6. Εγνω παρευθὺς &c.] Non aliter Lib. Angl. Bersmannus cum Præceptore suo, Παρευθὺ τὴν τιμὴν ἔγνω καθυϐρίσας.

12. Εἰς ἐρήμυς γῆς τόπυς] Pro ἐν ἐρήμοις γῆς τόποις: Ita Attici plus semel, ut Eruditi sciunt: Et hos imitati sunt Recentiores: Exempla in his spissius occurrunt. Bersmannus in publicum edidit εἰν ἐρήμοις γῆς τόποις: quo jure, nunc vident omnes. In Anglic. etiam sunt casus quarti.

14. Ηνεγκα τὺς φυγάδας] Conspirat Lib. Oxon. Bersmannus & Came-

Fatale lignum, honore mox ſuo excidit,
Decuſque tantæ perdidit potentiæ:
Ruptis pudoris atque legibus feræ
Ad inſtar hoſtis, priſtinum fugiunt herum:
Frenoque roboris prehenſo mordicus,
Amata rumpunt caritatis vincula,
Nemorumque paſcunt abditis in ſaltibus.
  Sed caritatis implicatas retibus,
Quæ necto verſu, ſic fugaces retraho.
Te namque ſolis inſtar in lucem edito,
Creationem David ut pingens ait,
In ſepta cogi carminum has oportuit,
Numerique texens ego tibi lina affabre,
Genus volantum multiplex recenſui;
Atque omne doctrinæ profundum animo eruens
Piſces locutionis egi in retia;

Ne

merarius, Φυσάδας ἤνεγκα τούτους ἐξ ἐρημίας.

15. Σοῦ γὰρ ἀνατέλλοντος] Editio Bersmanni, Σέθεν γὰρ ἀνατέλλοντος, refragante etiam Cod. Anglicano.

20. Καὶ πάντα βυθὸν ἐξερευνήσας λόγων] Illud λόγων hic ſuſpectum eſt mihi: Fallor, aut legendum eſt, Καὶ πάντα βυθὸν ἐξερευνήσας λόγῳ. *Et omne profundum perveſtigans mente.* Sic ſententia apta eſt & pulchre cum præcedentibus conſpirat: Ex deſerto feras, ex aëre aves, ex aqua piſces, benigna mente Rhythmique viribus eduxe-

Ως ἂν ἔχοις ϰ̀ ταῦτα, κἀκεῖνα βλέποις,
Καὶ τ' ἄλλα μαθὼν εὐτυχὴς αὐτοκράτωρ.
Ποῖος γὰρ ἄλλ☉ προσφυὴς μᾶλλον φόρ☉
Ανακλι, πατρὸς Αὐσονάρχυ φιλτάτως;
Οὗ τὴν ὑπερφυῆ τε καὶ ξένην φύσιν,
Καὶ τὸν γλυκασμὸν, ϰ̀ τὸ πρὸς πάντα κράτ☉,
Καὶ τὸν πλατυσμὸν τῆς ψυχῆς, ϰ̀ τὸν τρόπον,
Οκνῦσιν ὑμνεῖν οἱ κατ' ἄνθρωπον λόγοι.
Νικᾷ γὰρ αὐτὺς, κἂν παρὼν φράζοι Πλάτων,
Ως αἰγυπιὸς τοῖς πτεροῖς τὰς ἐμπίδας.
Μᾶλλον δὲ κἂν ἐν εὑρεθῇ πάντα σόμα,
Καὶ πρὸς λόγων ἅπασαν ἀρκέσῃ χάριν,

Προ-

eduxerat Auctor: λόγοι, de quibus Interpres, non quadrant hic.

22. Ως ἂν ἔχοις ϰ̀ ταῦτα, &c.] Locus corruptus, quem Liber Oxoniensis non aliter exhibet scriptum: Legendum suspicor, Ως ἂν ἔχοις, ϰ̀ ταῦτα κἀκεῖνα βλέπων, ϗ τ' ἄλλα μαθεῖν εὐτυχὴς αὐτοκράτωρ. *Ut possis, & hæc & illa contemplans, alia etiam cognoscere Imperator felix.* ταῦτα ϗ ἐκεῖνα sunt animalia terrestria & volatilia; τὰ ἄλλα tertium genus aquatilium; quod ubi duo priora rite contemplatus fuerat, mox ordine exploraret Imperator: Sensus nunc est bonus, & ad seriem præcedentium manifeste sese referunt hæcce: Vide modo singula, & inprimis illud Συνέχων ἰχθῦς, qui partem etiam constituunt Opusculi postremam. Bersmannus Versum 22 non mutans, ita edidit 23 sequentem, Εἴης μαθὼν τ' ἄλλ' εὐτυχὴς αὐτοκράτωρ, ut ita pro Senario Politico scilicet Senarium haberet bonum, de ipsa sententia solicitus ne hilum: Apage, apage nugas, quæ ipsis pueris sunt indignæ. Mirarer, quod ἂν ἔχοις Versu præcedenti sic reliquerit loco suo, nisi in his ita centies vacillasset

Ne cuius, Imperator o, ſcientiæ
Hinc allabores neſcius penuria.
Nam quod tributum rege dignius rear
Oenotriæ incluto Imperatoris ſatu,
Cuiusque naturæ decus præſtabile,
Et ſuavitatis, & facultatis paris,
Animique magnitudinem, & mores probos,
Humana languet prædicans facundia?
Quæ nec PLATONIS conſequatur copia,
Ut nec culex volantis alas vulturis.
Nec omnium unum ſi ſit os mortalium,
Omni leporis gratiaque præditum,

Ge-

ſet & Diſcipulus & Præceptor.

25. Πατρὸς Αὐσονάρχου φιλτάτως] Ita legendum accinente etiam Libro Anglicano: *patris, qui amiciſſime & benigniſſime imperat Auſonibus:* Vox Αὐσονάρχου pro participio eſt vel verbo, & ita enodanda eſt locutio paulo intricatior. Bersmannus peſſime φιλτάτως mutavit in φιλτάτῳ: Nam ſic ſequens Οὗ cum ſuis adjunctis ad Filium pertineret, non ad Patrem, quem tamen aperte reſpiciunt, ut illud Προσῆκον οὐδὲν τοῦ τεκόντι σε φράσει luce meridiana clarius probat: Vident omnes, & tota connexio loci iſta ſcriptura dirimitur. Si quid mutandum eſſet, ſcriberem ego πατρὸς Αὐσονάρχου φιλτάτου: Sed in recepta acquieſco.

31. Ὡς αἰγυπιὸς τοῖς πτεροῖς] Bersmannus & Camerarius, Αἰγυπιὸς ὡς ταῖσι πτεροῖς, invito etiam Libro Anglic.

32. Κἂν ἓν συρεθῇ παντὸς στόμα] *Etiamſi totum univerſum eſſet os unum:* Locutio eſt turgidior, quam Cod. Oxon. etiam ſervat: Bersmannus edidit κἂν ἓν εὑρεθῇ πάντων στόμα, quod longe modeſtius eſt, & ſumere potes, ſi velis: Ego dubito, quia Philes ea ætate vixit, qua iſta Dithyram-

Προσῆκον οὐδὲν τῷ τεκόντι σε φράσει.
Τῇ γὰρ σιωπῇ, τοῦτον ὑμνήσει πλέον·
Εἰ μὴ θρασυνθὲν εἰς κενοὺς ᾄδει κτύπους.
Πλὴν εἴ τι καινὸν ἡ διήγησις φέρει,
Τῆς φύσεως καὶ τοῦτο τῆς πολυτρόπου·
Ης οἶδε σαφῶς τοὺς ἀποκρύφους λόγους,
Ο καὶ προμηθῶς καὶ σοφῶς πάντα κτίσας.
Οσον γε μὴν ἔνεστι τοῖς λόγοις τέρας,
Τῆς τῶν παλαιῶν τοῦτο φιλοτιμίας·
Εξ ὧνπερ εὑρὼν τὰς ἀφορμὰς τῶν λόγων,
Τὸν εἱρμὸν ὠργάνωσα τῆς εὐρυθμίας.
Ελλησι μὲν γὰρ τοῖς σοφοῖς, καὶ βαρβάροις,
Ως δημιουργοῖς καὶ βραβεῦσι τῶν μύθων,
Οὐ φορτικὸν τὸ ψεῦδος, ἀλλ' ἀνεύθυνον·
Ημῖν δὲ δεινὸν τοῖς τιμῶσι τὸν λόγον,
Ος ἐστι φῶς, ἄνωθεν ὠθοῦν τὸ σκότος.

Π E-

rambica & inflata placebant mirum in modum.

36. Ἄδει κτύπους] Eadem scriptura est in Lib. Oxon. Bersmanni Editio habet ᾄδει κλύπους, quod probo & verborum cohærentia sibi requirit.

38. Τῆς φύσεως] Bersmannus & Camerarius contra Libb. auctoritatem Τῆς γε φύσεως.

42. Τοῦτο

Genitore dignum quidpiam accinet tuo:
Quem prædicabit amplius ſilentio:
Niſi aliquem inanis efferat fiducia.
Quod ſi novi quid hæc habet narratio,
Naturæ id omne dædalæ munus puta.
Cujus receſſus ſcit probe reconditos,
Qui provide & ſapienter omnia condidit.
At prodigii ineſt quicquid his ſermonibus,
Ambitio nobis id parit nempe veterum,
Occaſionem præbuere qui mihi
Ad iſta concinnanda verſuum metra.
Haud Græciæ ſapientibus, nec barbaris,
Quos fabula autores habet, quoſque arbitros,
Fraudi eſt vitioque vertitur mendacium.
Sed non idem nobis licet reverentihus
Orationem, quæ fugat caliginem.

I.

42. Τοῦτο φιλοζωΐας] Et hic τοῦτό γε φιλοζωΐας ſcribunt eodem jure.
46. Βραβεύσει τῶν μύθων] Ita Cod. etiam Oxon. Bersmannus cum Camerario ſuo, βραβεύσει πλασμάτων.

48. Τιμῶσι τὸν λόγον] Fallor, aut λόγον iſtum intellexit, de quo Joannes in principio Euangelii ſui: Attende modo.

ΠΕΡΙ ΑΕΤΩΝ.

Τὰς ἀετὰς, κράτιστε, τὰς ὑψιδρόμας,
Ποτὰ θεωρῶν ἀκριβῶς ὑπερτέρας,
Τέθηπα τὸν κλίσαντα τὴν τάτων φύσιν.
Εχρῆν γὰρ αὐτὰς ὡς κρατίστας ὀρνίθων,
Παθῶν ἐπαχθῶν εὑρεθῆναι κρείττονας.
Πλὴν ὀξυδερκής ἐστιν ὁ πτηνοκράτωρ,
Καὶ μέχρι σητὸς, ἐκ νεφῶν πάντα βλέπει.
Τάτε δὲ ϗ τὸν ῥοῖζον ἀκούσας δράκων,
Επληξε παραχρῆμα, ϗ συνεστάλη,
Καὶ τὰς μυχὰς ὑπῆλθε τὰς ἀποκρύφας,
Μὴ θᾶττον αὐτὸν συλλαβὼν διασπάσῃ.
Θηρᾷ δὲ ϗ τὸν χῆνα, ϗ τὴν δορκάδα,
Καὶ τὸν λαγωὸν, ϗ τὸ τῶν ταύρων γένος.
Ος τὰς νεοττὰς ὄντας ἀπτῆνας τέως,

Επὶ

ΠΕΡΙ ΑΕΤΩΝ] Junge Ælianum de Animal. Lib. 2. Cap. 26. & 39. et Lib. 9. Cap. 2. & 10.

1. Τὰς ἀετὰς] Bersmannus & Camerarius invitis Libb. MSS. τοὺς αἰετούς.

2. Ποτὰ θεωρῶν ἀκριβῶς ὑπερτέρας] Pisides apud Suidam in V. Αἰετός.

Οἷς οὔτε δίψης ἐστιν ἧττων ἡ φύσις,
Οὐδ' αὖ κονίστρας ἐνδεὴς ἡ στερρότης·
Αλλ' εἰσὶ δίψης ϗ κρύους ἀνώτεροι.

Quae expressa sunt ex istis Æliani, Ουδέποτε αἰετὸς οὔτε πηγῆς δεῖται, οὔτε γλίχεται κονίστρας, ἀλλὰ ϗ δίψους ἀμείνων ἐστὶ, ϗ καμάτου φάρμακον ἐκ ἀναμθρεῖ πο-

I. DE AQUILIS.

Aquilas videns, o Imperator, cæteris
Librare corpus altius volucribus,
Demiror harum ſabricatorem Deum,
Inter volantum qui genus fortiſſimas
Moleſtiis exemit efferens humo.
Nil præpetis nil lumine hujus acutius,
Tineam remotis quæ tuetur nubibus.
Clangore cujus illico audito Draco
Horreſcit atque percitus formidine
Subit latebras & ſpecus abſconditos,
Rapacibus ne præda fiat unguibus.
Hæc anſeres, venatur hæc & capreas
Leporemque, taurorumque robuſtum genus.
Polloſque nondum pluma quos conveſtiit,

Inſtar

περισθὲν ἔξωθεν, quæ Philes etiam habuit ante oculos: Sed quid in loco Piſidæ eſt κρύους poſt κονίστρας, quid repetitum δίψης adeo jejune? Ut dicam, quod ſentio, aut tertius ille Senarius inſigniter eſt corruptus, aut alii inter eum & duos priores fuerunt interjecti, qui nunc deſiderantur: Nam Poëtam ita adornaſſe ea, cras credam, non hodie.

9. Επτήξε παραχρῆμα] Bersmannus & Camerarius, Επλήξέ τι παραχρῆμα: Cum Libro Arſenii facit Liber Anglicanus: Quod ne toties repetere neceſſe habeam, ſcias Lector, Codices illos omnibus iſtis locis con-

ſen-

Επὶ ξένην βάσανον ὡς νόθους ἄγων,
Ποιεῖ δικαστὴν πρακτικὸν τὸν φωσφόρον.
Ο μὲν γὰρ αὐτοῦ ταῖς βολαῖς ἀντιβλέπων,
Τῶν φιλτάτων τίς ἐστι, καὶ τῶν ἐκκρίτων,
Οφθεὶς καθαρὸς δυσγενοῦς ὑποψίας.
Ο δὲ πρὸς αὐτὸν σκαρδαμύξας, εὐθέως
Αλλοτρίου σπέρματος εὑρέθη τόκος,
Καὶ τῆς καλιᾶς δυστυχῶς ἀπεκρίθη.
Εἶναι δέ που λέγει τις, ἀετοῦ γένος,
Κρεῶν ἀφεστός, καὶ σιτούμενον χλόης.
Θήρας γε μὴν ἐκεῖνος ὁ κρεωβόρος,
Οὐκ ἂν ὅλως ἅψαιτο τῆς ἀλλοτρίας.
Εν ἄσθματι δὲ φυσικῆς δυσοδμίας,

Τὰ

sentire, quibus eorum non notatur dissensus.

16. Ποιεῖ δικαστὴν πρακτικὸν] An ex his emendari possunt ista Æliani, ἐπεὶ αὐτοῦ πῦρ τὸ οὐράνιον ἢ τοῦ γένους ἀδέκαστός τε καὶ ἄπρακτος ἀληθῶς ἐγγραφή ἐστιν? Aperte corruptum est ἄπρακτος; pro quo si ἄγραπτος scripseris, vix quicquam profeceris: Nam ἄγραπτος ἐγγραφὴ plane inficetum est, & cum ἀδέκαστος recte copulari non potest ἄγραπτος: Dein πῦρ ἐγγραφὴ etiam suspectum est mihi, quia ignis cælestis non est inscriptio, sed per ignem cælestem fit inscriptio, & ejus interventu negotium inscriptionis peragitur. Quid si Philes olim in Libris suis invenerit & nunc legendum sit denuo, ἐπεὶ αὐτοῦ πῦρ τὸ οὐράνιον ὁ τοῦ γένους ἀδέκαστός τε καὶ πρακτικὸς ἀληθῶς ἐγγραφεύς ἐστιν? Id certe non displiceret mihi; & πρακτικὸς more antiquo exaratum, facile transire potuit in ἄπρακτος: Alias admisso ἐγγραφεὺς, non incommode etiam legi posset, ἀδέκαστός τε καὶ ἀπαράκλητος

ἀλη-

Instar nothorum examini sistens novo,
Lucis satorem judicem Solem facit,
Jubarque mandat lumine adverso pati.
Quod si quis acie non retorta sustinet,
Suspicione degeneris vacat satus.
Connivet at qui lumine refugo, notham
Se prodit ipsus degenere prolem metu,
Nidoque paulo post relegatur miser.
Sed esse quædam fertur aquila carnium
Quæ se abstinens ab esu, oleribus victitat:
Cum præter illas carnivora omnem respuat
Pastum: futuræ quæ timens penuriæ,
Ritu Leonis anhelitus graveolentia,

Ser-

ἀληθῶς ἐγγραφεύς ἐστι. Qui nullam animi perturbationem sentit, eleganter dicitur ἀτάρακτος: Id autem de judice usurpatur perbelle. Visne aliud? Si mordicus retinendum censeas ἐγγραφῇ, me judice opportune etiam scripseris, ἀδέκαστός τε ἔστ' ἄπρατος ἀληθῶς ἐγγραφῇ ἐστιν. Emere & vendere ad justitiam & leges transfertur sæpe, quando earum majestas argento cedit: Eo sensu ἀδέκαστος καὶ ἄπρατος de inscriptione justa & legitima junguntur perquam accommode, ut vides.

18. Φιλλάτων τίς ἐστι] In libro Oxoniensi est, φιλλάτων εἷς ἐστι, quod ego non aspernor.

19. Ὀφθεὶς καθαρὸς] Bersmannus & Camerarius, Ὀφθεὶς γε καθαρὸς.

20. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν] Bersmanni Editio, Ὁ δ' αὖ πρὸς αὐτὸν.

21. Ἀλλοτρίου σπέρματος &c.] Bersmannus cum Camerario, Ἀλλοτρίου τόκος τ' εὑρέθη σπέρματος.

27. Φυσικῆς δυσοδμίας] Editio Bersmanni, φυσικῆς ἴσω δυσοδμίας.

 32. Αὐ

Τὰ τῆς τροφῆς λείψανα τηρῶν ὡς λέων,
Παντὸς πετεινοῦ δυσμενοῦς εἴργει θράσος,
Ὡς ἂν ἐπ' αὐλὰ δυστυχῶν ὑποστρέφοι.
Πτερὸν δὲ πᾶν ἔφθειρεν ἡ τούτου πτέρυξ,
Αν ὁ πτερωτὸς τῶν βελῶν τοῦ τοξότου,
Λαθοῦσαν αὐτὴν εἰς φαρέτραν ἐμβάλῃ.
Τούτου, βασιλεῦ, τὸν πολὺν ζώοις βίον,
Ἀεὶ νεουργῶν καὶ κρατύνων τὴν φύσιν.

ΠΕΡΙ ΓΡΥΠΟΣ.

Γρὺψ ὁ πτερωτὸς, καὶ πολὺς, καὶ τετράπους
Ονυχας ὀξεῖς τῶν ποδῶν ὑπεκφύει,
Καὶ πορφυροῦς μὲν ἐστὶ τοῖς ἐμπροσθίοις,

Τὰ

32. Αν ὁ πτερωτὸς τῶν βελῶν] Ita Liber Arsenii & Liber Anglicanus; sed male: Nam πτερωτὸς alatus est, & nihil aliud. Perbene Bersmannus, Αν ὁ πτερωτὴς τῶν βελῶν τοῦ τοξότου: Is, qui sagittas pennis instruit & illis alas quasi addit, ὁ πτερωτὴς: Pennatas sagittas norunt omnes.

34. Τούτου, βασιλεῦ, τὸν πολὺν ζώοις βίον] Cod. Oxoniens. τὸν πολὺ ζώοις βίον: Non bene. Bersmannus cum Camerario inter τούτου & βασιλεῦ interposuit τὸ.

ΠΕΡΙ ΓΡΥΠΟΣ] Hoc Caput de Gryphe Libro Oxoniensi debetur: Nam in Libro Arseniano non extabat, & septem Versus priores cum quarto Versu Capitis sequentis connectebantur, omnesque simul adscribebantur Vulturi, pro Γρὺψ ὁ πτερωτὸς scripto etiam Γὺψ ὁ πτερωτὸς in Versu primo: Quod confusionem longe teterrimam inducere non potuit non: Nam quæ de Gryphe dicuntur, in Vulturem convenire non possunt ullo modo.

Ut

Servans adesi portionem edulii,
Volucrum tuetur agmine a circumfluo,
Quod repetat ipsa post laborans inedia.
Non hujus alarum ferant commercium,
Pennæ volantum cæterarum, repositæ
Gravida sagittis in pharetra, clam viro.
Ut exigas, Rex, hujus, oro, secula,
Semper virescens, integerque viribus.

2. DE GRYPHO.

Alatus est, & vastus, atque quadrupes
Gryphus, pedumque armatus uncis unguibus.
Adversa cujus purpura est vestita pars,

Po-

Ut alia prætercam, unum illud τιτράπυς hoc adeo aperte probat, ut nesciam, quid mentis fuerit Bersmanno, cum in Versione Latina id tribuerit Vulturi, & sic eadem opera se deridendum præbuerit omnibus non insulsis. Scio Vossium Lib. 3. Cap. 81. de Idolol. Gentil. mutasse vocem, & pro πητράπυς scripsisse τιτράπωνυς; sed id etiam est nugari: In re clara verbis parco, & longe certissima est Libri Oxoniensis distinctio. Quod si quæras, an ipsius Philæ sint Versus adjecti, dicam ingenue, id mihi non videri: Nam & vocum trajectiones, & duriores Ellypses, & Literarum vocalium hiatus, quæ in his occurrunt, a stylo & indole Nostri plane abhorrent: Quare nullus ego dubito, quin sint alicujus Recentioris, qui Ælianum non indiligenter legerat, & ope ingenii deprehenderat talia hic desiderari. Tu junge cum his ipsum Ælianum Lib. 4. Cap. 27.

4. Τῇ

Τὰ δ' ἄλλα λευκὸς, τήν γε μὴν δέρριν μέλας·
Καὶ πῦρ χέων ἄπληκτος ἐκ τῶν ὀμμάτων.
Οὐ τὴν κεφαλὴν, βασιλεῦ, καὶ τὸ σῶμα
Κἂν μακρόθεν βλέπῃ τίς, ἀετὸς λέγει.

A-

4. Τὴν γε μὴν δέρριν μέλας] Recte: Nam plumæ non tribuuntur Gryphis, ſed ſolæ alarum pennæ: Diſerte Philoſtratus in Vita Apoll. Tyan. Lib. 3. Cap. 48. πτίλωται δὲ οὔπω μέσα, ἀλλ' ὅσον οἱ βραχύπτεροι ὄρνιθες. μὴ γὰρ ἐκπλαγῶμεν σφᾶς, ὡς ὄρνισι πάτριον, ἀλλ' ὑμέσι τοὺς ταρσοὺς ὑφάνθαι πυρσοῖς, ὡς μὲν κυκλώσαντας πέτεσθαί τι, καὶ ἐκ μετεώρου μάχεσθαι. Plumis carent, & ipſæ alarum coſtæ rubra pellicula connectuntur. Servius ad Eclog. Virgil. 8. *Gryphes genus ferarum in Hyperboreis naſcitur montibus: Omni parte Leones ſunt, alis & facie Aquilis ſimiles, equis vehementer infeſti, Apollini conſecrati.* Leones ſunt *ex omni parte*, ſi *alas* & *faciem* excipias, quæ *aquilina* habent. Alia omitto; hæc longe evidentiſſima ſunt. Rectum igitur eſt δέρριν, quod pellem notat & corium cum pilis, ut nemo neſcit: Sed quid eſt, quod apud Ælianum legimus, quem compilavit Noſter? —— καθάπτερον δὲ τὰ νῶτα, καὶ τούτων τῶν πτερῶν τὴν χρόαν μέλαιναν εἶναι ᾄδουσι, τὰ δὲ πρόσθια ἐρυθρά φασι· τάς γε μὴν πτέρυγας αὐτὰς, οὐκ ἔτι τοιαύτας, ἀλλὰ λευκάς. τὴν δέρην δὲ αὐτῶν κυανοῖς διηνθίσθαι τοῖς πτεροῖς Κτησίας ἱστορεῖ. Nonne iſta & pennis & plumis veſtiunt Gryphes, aut falſem præter alarum pennas illis pennas tribuunt alias pro plumis? Ut brevis ſim, locum illum inſigniter depravatum eſſe aio, & aliter olim a Phile lectum, quam a nobis nunc legitur vulgo: Non potuiſſet enim δέρριν μέλας commemorare, ſi Libri fuiſſent conſoni. Scribe, & ſcribe abſque mora periculo meo, —— καθάπτερον δὲ τὰ νῶτα, καὶ τούτων τὴν χρόαν μέλαιναν εἶναι ᾄδουσι, τὰ δὲ πρόσθια ἐρυθρά φασι· τάς γε μὴν πτέρυγας αὐτὰς, οὐκ ἔτι τοιαύτας, ἀλλὰ λευκάς· τὴν δέρριν δὲ αὐτῶν κυανοῖς διηνθίσθαι τοῖς πτεροῖς Κτησίας ἱστορεῖ. Sic nihil convenientius & ad rem accommodatius: τούτων τὴν χρόαν reſpicit τὰ νῶτα præcedens, peſſimeque a ſciolo intruſum eſt τῶν πτερῶν, quod plane locum non habet, ubi καθάπτερον præcedit & πτέρυγας αὐτὰς ſequitur: Ex adverſo de τούτων χρόᾳ Auctor opportune loquitur primo, ubi τὴν προσθίων χρόαν ſubdit ſtatim: Pueri vident, nihilque apertius. Millies Grammaticorum Annotatiunculæ ex Margine irrepſerunt in Contextum: Id factum quoque hic, cum aliquis indoctior ad τούτων adſcripſiſſet τῶν πτερῶν interpretationis loco. Jam illud δέρριν facile in δέρην tranſivit luſcitioſorum incuria: Gryphorum

Postica nive; nigrore pellis tingitur,
Ignemque binae luminum fundunt faces.
Cujus caput & os si quis eminus videt,
Aquila est, ait, falsus dolosa imagine.

Di-

rum alas, quas Alii dicebant candidas, Ctesias contra dixit cæruleas: Quid appositum magis? Nunc Ælianus cum Aliis conspirat, & ipse Philes cum Æliano suo: Nam & δέῤῥιν, sic videmus, unde depromserit, & cur Gryphem ab antica πορφυροῦν, a postica τὴν δέῤῥιν μέλαιναν, τὰ δὲ ἄλλα λευκὸν vocitaverit: τὰ ἄλλα scilicet corio & pelli opposita, sunt ipsæ alæ, quæ a tergo ad corium & pellem accedunt grandiores & alarum aquilinarum instar: Res est perspicua. Quin & apparet nunc, cur Ctesiana omiserit Noster, Aliorum sententiam secutus. In Libro Arsenii pro δέῤῥιν μέλας scriptum erat δέῤῥιν μέσας, quod non injuria mutatum a Bersmanno: Nam nihil revera ineptius & absonum magis: Idem autem vitium hæret in Libro Anglicano, cujus Margo tamen veram lectionem præfert. Scis, quid suspicer? Ut apud Ælianum hodie, ita olim apud Philen, in Libris quibusdam pro δέῤῥιν scriptum fuit δέρην, indeque enatum est illud μέγας, quod nunc a socio suo abest: τὴν δέρην μέγας, *cervicem major*: Videsne? Hoc placere potuit Suaviculis quibusdam.

6. *Κεφαλὴν, βασιλεῦ, καὶ τὸ στόμα*] Similiter Servius, *alis & facie*: Pausanias pro facie & toto capite στόμα & rostrum memorat solum: Et sic etiam Plinius Lib. 10. Cap. 49. *Pegasos equino capite volucres, & Gryphas aurita aduncitate rostri, fabulosos reor.* Ut Pegasi volucres sunt equino capite, ita Gryphes volucres sunt aduncitate rostri: Hoc satis apertum est: Sed quid sibi vult illud *aurita*? an *auris* & *auritum* convenit *rostro* ejusque *aduncitati*? Nugæ, & nugæ meræ: Haud dubie corruptus est Plinii locus in ea voce: An scribendum forte, *& Gryphas auricida aduncitate rostri, fabulosos reor*? Philostratus loco citato, ὃν δ' ὀρύττουσι χρυσὸν οἱ γρῦπες, πέτραι εἰσὶν, οἷον σπινθῆρσιν ἐστιγμέναι ταῖς τοῦ χρυσοῦ ῥανίσιν, ἃς λιθοτομεῖ τὸ θηρίον τοῦτο τοῦ ῥάμφους ἰσχύϊ. Nihil pote expressius ad stabiliendam suspicionem istam: Lapicida est, qui lapides, auricida, qui aurum cædit: Hoc quia Gryphes faciunt validissima rostri aduncitate, eleganter Plinius & sermone vernaculo eam *auricidam* vocat: Sed hoc in transitu: De loco Plinii plura forte alias.

7. Αὐτὸς λέγ[] Bersmanni Editio,

Ασπάζεται μὲν τοὺς ἐρημαίους τόπους
Δεινοὺς ἰδεῖν τε καὶ τραχεῖς ὑπὲρ φύσιν.
Οὗ καὶ χρυσοῦ μέταλλον ἡ γῆ ἐκφύει.
Εξ οὗ ἑαυτῷ καὶ καλιὰς ἐντύνειν
Εν ἠλιβάτοις τῶν ὀρῶν θ' ὑπερτάτοις.
Τῷ καὶ λαβεῖν τέλειον οὐκ ἔστι γρύπα,
Αλλὰ νεοσσοὺς ὄντας αἱρεῖσθαι ἔτι.
Τοῖς δ' εἰς χρυσοῦ ἄθροισιν Ινδοῖς αὐτόθι
Δεινῶς μάχεσθαί φασι τοῖς ἀφιγμένοις,
Υποψίᾳ γε μὴ ὑπὲρ τοῦ τὰ βρέφη
Ηκοιεν αὐτῶν συλλαβεῖν ἀμωσγέπως.
Δεδοικότες οὖν τὴν ἄγαν τῶν θηρίων
Αλκὴν, μετ' ἦμαρ ἠρεμοῦσιν ἐν λόχμαις,
Νύκτωρ δ' ἐπ' αὐτὰ τοῦ χρυσοῦ τὰ χωρία
Χωρεῖν μεθ' ὅπλων πλὴν ταραχῆς καὶ ψόφου.
Κἀκεῖσε φειδοῖ καλορύττοντες τάχος,
Τὸ ψῆφμα γ' αὐτὸ λαμβάνουσιν ἀφθόνως·

αὐτὸς λέγει. Bochartus in Hierozoico casum primum mutat in casum quartum: Quod ego probo, nisi distinguendum sit post αὐτὸς, & αὐτὸς, λέγει ita accipiendum, ac si plenius scriptum esset, αὐτὸς ἐστὶ, λέγει; vel omisso etiam ἐστὶ, αὐτὸς positum sit ὑλικῶς, tanquam vox ab ipso spectatore prolata: Sume, quod placet. Ego pro λέγει mallem etiam

λέγῃ

Diligit quidem locos desertos
Terribiles aspectu & asperos supra modum:
Ubi & auri metallum terra emittit:
Ex quo sibi & nidos parare (dicitur)
In inaccessis montiumque summis.
Quare & capere adultum non licet gryphem,
Sed pullos existentes adhuc prehendere.
Cum Indis vero ad auri collectionem
Advenientibus ibi acriter eos pugnare aiunt,
Metu quidem, ne ut pullos eorum
Comprehendant quodammodo, accesserint.
Extimescentes igitur nimium ferarum
Robur, interdiu quiescunt in dumetis,
Noctu vero ad ipsa auri loca (dicuntur)
Accedere cum armis sine turba & strepitu.
Et ibi cum cura fodientes celeriter,
Ramentum ipsum sumunt affatim.

Et

λέγῃ vel λέγοι: Nam id verborum cohærentia suadet, ut vides. Pro βλέπῃ in Editione Arsenii est βλέπῃς, Operarum credo, incuria: ἀβλεπτεῖν enim, quod apud Hesychium & Alios extat, id statuminare non potest commode.

11. Καλιὰς εὔθυνεν] Legerem εὔθυνε, nisi eadem Ellypsis mox certo recurreret in χωρεῖν μεθ' ὅπλων.

Καὶ εἴγε πῶς λάθωσι τοὺς γρύπας τότε,
Ὄλεθρον ὥς τε τὸν πρὸς αὐτῶν ἐκφυγεῖν
Καὶ κῆρα τὴν μέλαιναν, εὖγε τῆς τύχης.

ΠΕΡΙ ΓΥΠΟΣ.

Ὁ γὺψ μαχητὴς τοῖς νεκροῖς ὢν τυγχάνει.
Καὶ γὰρ ποτ' αὐτοὺς ἢ τ' ἂν εὐκαίρως λάχῃ,
Τρυφᾷ βεβρωκὼς ὡς βραβευτὴς γεννάδας.
Πλὴν μαντικὴν ἔχουσιν οἱ γῦπες φύσιν.
Καὶ γὰρ συνεκδημοῦσι τοῖς μαχουμένοις,
Τῶν σωμάτων ἐλπίδι τῶν πεσουμένων.
Μεμήνασι δὲ τῇ βορᾷ τῶν λειψάνων,
Ὡς ὀξυπεῖναι, καὶ σπαράκται, καὶ βλάκες;
Οἳ τῷ μύρῳ θνήσκουσι, κανθάρων δίκην.
Θῆλυς δὲ πᾶς γὺψ, καὶ σπορᾶς ἄνευ κύει.

Χαί-

ΠΕΡΙ ΓΥΠΟΣ] Ælianus Lib. 2. Cap. 46. Lib. 3. Cap. 7. et Lib. 4. Cap. 18.

1. Ὁ γὺψ μαχητὴς &c.] Hos tres Versus priores addidimus etiam ex Libro Oxonienſi, & ab eodem parente profectos opinamur, a quo præcedentes illi de Gryphe.

3. ὡς βραβευτὴς γεννάδας] Inepte: Nam quid egregium, quid generoſum in hac Vulturum voracitate? Exornare voluit homo iſta Æliani, Γὺψ νεκρῷ πολέμιος, ἐσθίει γοῦν ἐμπεσὼν ὡς ἐχθρὸν, ſed exornavit inſulſe: Dein quod ille hic magnifice dixit & male, Philes mox ipſe dicit modeſte.

Et si quidem lateant tunc gryphes,
Sic ut perniciem ab illis effugiant
Et mortem nigram, euge boni eventus ergo.

3. DE VULTURE.

Vultur pugnator est in hominum cadavera.
Etenim ea ubicunque nactus fuerit tempestive,
Exultat manducans, ut victor generosus.
Sed quis futuri præscios ipsos neget?
Quod expeditos prosequuntur milites,
Præsensione stragis, atque corporum
Bello jacentum conciti improba fame,
Genus famelicum, & rapax, & futile,
Unguenta nec pati valens, ceu canthari.
Non masculos hoc fert genus, sed fæminas,

Quas

deste & bene, Μεμήνασι δὲ τῇ βορᾷ τῶν λειψάνων, Ὡς ὀξυωπεῖναι, καὶ σπαράκται, καὶ βλάκεις: Vident omnes, qui aliquem habent oculorum usum.

6. Ελπίδι τῶν πεσημένων] Bersmann. & Camerar. ἐλπίδι πεσημένων τόπ.

9. Οἳ τῷ μύρῳ θνήσκουσι] Ambigue & inepte post ὡς ὀξυωπεῖναι, καὶ σπαράκται, καὶ βλάκεις succedit οἵ: Nam qui sunt tales, non intereunt passim unguentis. Scribendum suspicor, Καὶ τῷ μύρῳ θνήσκουσι κανθάρων δίκην. Sic ad ipsos vultures directo sese refert copula, cui litera initialis omissa obfuisse videtur ipsa absentia sua.

Χαίνων γὰρ ἀντίπρωρος ὕψȣ πρὸς νότον,
Συλλαμβάνει τὸ πνεῦμα, καὶ τρίτȣ χρόνȣ,
Στρȣθȣ̀ς πτερωτȣ̀ς ἀπὸ μήτρας ἐξάγει.
Οἳ ζῶσιν εὐθὺς ἐξ ὀνύχων ἁρπάγων,
Πνίγȣς καλιῶν εὑρεθέντες κρείττονες.
Τȣ̓ναντίον δέ φασι τȣ̀ς αἰγυπιȣ̀ς
Τίκτοντας ὠὰ τῇ σπορᾷ τῶν ἀῤῥένων,
Εἰς τὰς καλιὰς τȣ̀ς νεοττȣ̀ς ἐκγλύφειν,
Ῥώμης ἀγαθῆς ϗ πτερῶν ἀλλοτρίȣς·
Εἶναι δὲ ϗ μέλανας ὡς Αἰγυπτίȣς.
Τȣ́των γε φασὶ τὸ πτερὸν θυμιάσας,
Ὄφεις ἐλάσσεις χωρίȣ ȣ̃ ἂν θέλῃς.

ΠΕΡΙ

13. Στρȣθȣ̀ς πτερωτȣ̀ς ἀπὸ μήτρας ἐξάγει, Οἳ &c.] Hæc Philes dicit, sed Ælianus non dicit: Nam ita ille, γῦπας δὲ μὴ ὠὰ τίκτειν πέπυσμαι, νεοττȣ̀ς δὲ ὠδίνειν· ϗ ὡς ἀπὸ γονῆς κατάπτεροί εἰσι, ϗ τȣ̃το ἤκȣσα. Cum aliorum Volatilium pulli sine plumis & pennis in lucem prodeant, hi Vulturum contra cum pennis & plumis prodeunt in lucem, & eas habent tales, quales aliorum pulli paulo provectiores habere solent: Tenelli & pennas & plumas habent tenellas, & quemadmodum corpus eorum exiguum est ex utero matris exiens, ita & plumæ & pennæ sunt exiguæ: Ita accipiendus est Ælianus, & intelligendum τὸ κατάπτεροι: Philes ineptiit & sibi confinxit absona. Scirene aves, unde ista repetierit? Dicam: Erroris ansam præbuit primo triennalis illa uteri gestatio, quam depravati Codices Æliani exhibebant, & nugis suis amplificarunt Auctores secuti: Vide, quæ ad Horapollinem notavimus: Nam ea repetere non lubet. Dein, apud Ælianum est eodem loco, λέγȣσι δὲ νεοττιὰν μὴ ὑποπλέκειν γῦπα: Ex quo collegit, pullos,

Quas Aufter implet, influens hiantibus:
Cujus recepto fpiritu, poft tertio
Dant vere partus, femine abfque comparis.
Qui fepta nidi non ferentes, illico
Victum rapina comparant ex unguium.
Sed non idem hoc ufuvenire Ægypiis
Exiftimatur, ova qui maris fatu
Dant: de quibus nec viribus, nec tegmine
Pares priorum procreantur vultures,
Nigri colore, ceu Phari gens accola.
Horum quidem, ajunt, pennam fuffiens,
Serpentes abiges quo velis loco.

4. DE

los, qui utero emiffi non excipiuntur nido, ftatim a partu & volare, & ex unguium rapina vivere: Parum provide, ita vivam & valeam! Nam nihil minus fequitur ex omiffa nidorum ftructura, quam illud ipfum: Quid? Nonne rupium cava pro nidis potuerunt effe, & in illis nutriri vulturum pulli? De eo certe dubitet nemo. Sed ad hanc conclufiunculam faciebat etiam uterus ille triennalis, & alterum alterius erat fulcrum: Scis, quam benigna & blanda fit errandi materies. Pro πτερωτοὺς ἀπὸ μήτρας Berfmannus edidit πτερωτοὺς ἄρ᾽ ἀπὸ μήτρας inferta vocula.

16. Τοὺς αἰγυπιοὺς] Ita recte Editio Berfmanni: Liber Arfenii & Oxonienfis perperam τοὺς αἰγυπτίους: Aperta res eft.

18. Εἰς τὰς καλιὰς] Pro ἐν ταῖς καλιαῖς: Diximus antea.

19. Ῥώμης ἀγαθῆς καὶ πτερῶν] Bersmannus cum Præceptore fuo, Ἀγαθῆς τε ῥώμης καὶ πτερῶν.

20. Εἶναι δὲ καὶ μέλανας] Bersmanni Editio, Εἶναι δὲ καὶ τοὺς μέλανας.

21. 22. Τούτων γε φασὶ τὸ &c.]

Hos

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΣΤΡΟΥΘΟΥ.

Στρουθὸν δὲ φασὶ τὴν μεγάλην οἱ Φρύγες
Οὖσαν πτερωτὴν, τοῖς ποσὶ χρῆσθαι πλέον.
Ωκιστα γὰρ θέουσαν εἰς ἄρσιν μέσην
Κόλπουν ἑαυτῆς τὰ πτερὰ πρὸς τὸν δρόμον,
Ὡς λαῖφος οἶδουν ἐκ πνοῆς πλησιστίου.
Ὠῶν δὲ συχνῶν εὑρεθεῖσαν ἐργάτιν,
Τὰ μὴ καθαρὰ τῆς γονῆς ἀποκρίνειν.
Ὅσους γὰρ ἐξέλειψεν ἡ ζέσις τόκους,
Ἐν τοῖς ἀπορρεύσασι κυλίνδροις τρέφειν·

Καὶ

Hos duos Versiculos iterum ex Cod. Oxoniensi adjecimus; quos ipsi Philæ adscribere potes, si velis: Ego, ne quid dissimulem, dubito: Nam & Versus posterior laxior est, quam esse debet, & Articulus τούτων parum convenit, ubi de Ægypiis loquuntur Versus præcedentes, & Ælianus Lib. 1. Cap. 45, unde desumta sunt hæc nova, id diserte testatur de Vulturum pennis, quos ab Ægypiis idem Ælianus accurate distinguit Lib. 2. Cap. 46, ex quo certo certius omnia sua hic descripsit Philes: Attende & judica.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΣΤΡΟΥΘΟΥ] Ælianus Lib. 2. Cap. 27. Lib. 4. Cap. 37. & Lib. 14. Cap. 7.

1. οἱ Φρύγες] Quid Phryges hic faciant, ingenue fateor me nescire: Nam Struthiocameli in Phrygia nulli, & si forte fuerint, maxima tamen eorum copia in Africa, ut proinde non a Phrygibus, sed ab Afris petendum fuisset testimonium. An balbutiit Philes? Sit ita, per me licet: Alias locus est corruptus, & quod Auctor dederat, non dederunt Scribæ. Visne conjecturam? Legendum forte, Στρουθὸν δὲ φασὶ τὴν μεγάλην ἴδρεις. *Periti*, & qui Animalium historiam excoluerunt: Pro φρύγες in Libris scriptum aliquando φρίγες, ut Eruditi sciunt; quod si more antiquo contrahatur in φρες & φρις, facile ex ἴδρεις fieri potuit οἱ Φρίγες & οἱ φρύγες: Attende, quæso:

4. DE MAGNA STRUTHIONE.

Cum penniger ſit, utitur pedibus tamen
Magis marinus paſſer, ut Phryges ferunt.
Urgenſque curſus, allevatas explicat
Alas, ut implens has Notus, ceu carbaſa,
Ipſum ſecundo provehat ſpiramine.
Cumque ova pariat copioſa, ſegregat
Quæ procreando ſunt inepta fœtui.
Excluſit at quæ vi calor genitabili,
Hæc defluente nutrit in teſta fovens.

Quod

ſo: Suſpicio minus arbitraria eſt, quam primo intuitu videtur: Nihil certe acutius mihi ſuccurrit; et vel hoc meo uti, vel aliud melius comminiſci debebis, ſi locus tibi videatur depravatus.

3. Εἰς ἄρσιν μέσην] *Ad ſublationem mediam:* Alas ita tollit, ut earum ſublatio ſit media: non ad eam altitudinem tollit alas, ad quam tolli revêra poſſunt, ſed ejus medium ſervat, & ad iſtam menſuram redigit alarum ſublationem: Sic ſcilicet major vis eſt in alis ſublatis, & ventos validius excipientes, Struthionem propellunt magis: Hoc voluit Noſter.

5. Ὡς λαῖφος] Liber Arſenii & Liber Oxon. λίφος, ſolenni Amanuenſium errore.

7. Καθαρὰ τῆς γονῆς] Berſmanni Editio, καθαρά γε τῆς γονῆς.

9. Ἐν τοῖς ἀποῤῥεύσασι κυλίνδροις τρέφειν] Κύλινδροι ſunt ova: Eadem vox eodem ſignificatu eſt in Deſcriptione Cuculi, Καὶ τὰς πτερωτὰς τῶν κυλίνδρων συγκλάσας &c. Vertendum igitur, *Quotquot enim pullos excluſit calor, ovis defluentibus nutrire.* Abundat ἐν, ut ſæpe apud Græcos, etiam politiſſimos, & ἐν τοῖς κυλίνδροις τρέφειν idem eſt, quod τοῖς κυλίνδροις τρέφειν: Nihil certius aut perſpicuum magis. Berſmannus inepte hic, *Hæc defluente nutrit in teſta fovens*, neque melius in Hierozoico Bochartus, *In defluentibus cylindris enutrire.*

10. Γαι-

Καὶ τῶν διωκτῶν γειτνιώντων ἀθρόον,
Ῥιπτεῖν κατ' αὐτῶν τοὺς ὀπισθίους λίθους,
Τοῖς ἐκλιναγμοῖς τῶν ποδῶν τοῖς εὐστόχοις·
Καὶ τὴν καλιὰν τοῖς ποσὶ διαγλύφειν
Εἰς ἀνέχουσαν ψάμμον ἐν τῷ δαπέδῳ.
Ἧς καὶ τὰ νεῦρα, βασιλεῦ, καὶ τὸ στέαρ,
Πολλῶν ὀδυνῶν εὑρεθῆναι φάρμακα.
Ταύτην ἀναλεμών τις εὑρήσει λίθους,
Οἳ τοὺς πόνους θραύουσι τῆς ὀφθαλμίας.

ΠΕΡΙ ΕΡΩΔΙΩΝ.

Ἐρωδιοὺς νῆσος τὶς Ἑλληνὶς τρέφει·

Οἱ

10. Γειτνιώντων ἀθρόον,] Uterque Liber γειτνιόντων, quod ego non novi, & cum Bersmanno Amanuensium ignaviæ adscribo lubens: Illud autem ἀθρόον ab his distinguere & cum sequentibus connectere malo.

13. Τοῖς ποσὶ διαγλύφειν] Eodem verbo usus est Ælianus Lib. 14. citato: Bochartus tamen hic διαγλάφειν & ibi διαγλάψασα reponit: Perperam & nullo jure: Nam duo ista non discrepant: Notissima sunt illa Hesychii, Διαγλάψας. διαγλύψας, διασκαλεύσας. Γλάφει. γλύφει, ὀρύσσει, κοιλαίνει. Γλύψαι. ξύσαι, χαράξαι. Γλυφίδες. αἱ χηλαὶ τῶν βέλους, ἀπὸ τοῦ γεγλύφθαι καὶ κεκοιλάνθαι, εἰς ἃς ἡ νευρὰ ἐντίθεται τοῦ τόξου. Alia prætereo. Pro τοῖς ποσὶ Bersmannus τοῖς ποσίν.

14. Εἰς ἀνέχουσαν ψάμμον &c.] Graphice magis Ælianus, καλιὰν ἐργάζεται ταπεινὴν ἐν τῷ δαπέδῳ τὴν ψάμμον διαγλύψασα τοῖς ποσὶ· καὶ τὸ μὲν μεταίχμιον αὐτῆς κοῖλόν ἐστι, τὰ χείλη δὲ τὰ κύκλῳ ὑψηλὰ ἐργάζεται, ἀποτειχίζουσα τρόπον τινὰ, ἵνα τὸ ἐκ Διὸς ὕδωρ ἀποστάξῃ τὰ χείλη, καὶ μὴ εἰσρέῃ τῇ καλιᾷ, καὶ ἐπικλύζῃ τοῦ ὀρνέου τοὺς νεοττοὺς, ὄντας ἁπαλούς. Quæ optime habent, si τὸ ἐκ Διὸς ὕδωρ ἀποστάξῃ τὰ χείλη ita accipias, ac si plenius scriptum

esset t

Quod si quis insectetur illum cominus,
Lapidum repellit impetens hunc verbere,
Jaculationibus pedum non irritis.
Hic eminentem super arenam construit
Nidum, pedibus quem format affabre in solo.
Ejusque nervi, Rex, adepsque plurimos
Levant dolores utili medicamine:
Oculisque tollunt ægritudinem, cavo
In ventre dissecti reperti calculi.

5. De Ardeis.

Est Græciæ insula, ardearum nutriens

Ge-

esset τὸ ἐκ Διὸς ὕδωρ ἀποστάζῃ κατὰ τὰ χείλη: *ut aqua pluvia per labra defluat:* Labra nidi introrsum erant altiora, quam extrorsum, & aquam a nido ducebant foras ipsa declivitate sua: Id ἀποστάζῃ satis venuste exprimit, ipsumque ὕδωρ casu primo, verborum cohærentiam sic nitidissimam efficit. Moneo in transitu, quia Bochartus aliique Viri Eruditi ista non capiunt frustraque solicitant.

15. Ἧς ἐν τὰ νεῦρα, βασιλεῦ] Bersmannus cum Camerario, Ἧς ἐν τὰ νεῦρ᾽ ἐστὶ, βασιλεῦ: quod ipsa Hellas non admittit: Nam ἧς τὰ νεῦρα ἐστὶ εὑρεθῆναι φάρμακα Solœcum est & barbarum.

16. Φάρμακα] Liber Anglicanus φάρμακον: quod non deterius.

17. Ταύτην ἀνατεμών τις] Bersmannus & Camerarius, Ταύτην δ᾽ ἔτ᾽ ἀνατεμών τις.

18. Πόνους θραύουσι] Non improbo hoc, sed longe mollius & delicatius aio πόνους παύουσι, quod Codex Oxoniensis habet.

ΠΕΡΙ ΕΡΩΔΙΩΝ] Ælianus Lib. 1. Cap. 1.

bonus ille Tzetzes non modo ibi, sed etiam in Chiliadibus, ubi eadem reperias. An latet forte scripturæ mendum, & legendum est πυραυστόμωρος, ut vox copulata sit ad denotandam animalculi stultitiam, quod exitium sibi accersit ultro socordia sua? Id non improbabile quidem, sed alterum tamen, quod nunc mihi succurrit, probabile magis: Celeberrimus est Æschyli Senarius de Insecto, Δέδοικα μωρὸν κάρτα πυραύστου μόρον: In eo scriptum repperit Grammaticus πυραυσόμορον una voce, & cum præcedens μωρὸν pulchre cum ista scriptura cohæreret, ex eo sibi confinxit affabre suum πυραυστόμορον, qui omnibus aliis fuit ignotus. Sed hoc in transitu: De Etymo vocis alias. Plinius istas Phalænas papiliones vocat Lib. 21. Cap. 14. Histor. Natur. & distinctius Lib. 11. Cap. 19. *Aranei quoque vel maxime hostiles, cum prævaluere, ut intexant, enecant alveos. Papilio etiam hic ignavus & inhonoratus, luminibus accensis advolitans, pestifer, nec uno modo. Nam & ipse ceras depascitur, & relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur: fila etiam araneosa, quacunque incessit, alarum maxime lanugine obtexit.* Quocunque se movet papilio, fila araneosa obducit, quæ alarum lanugo præcipue gignit: Ita legendus & intelligendus est iste locus. Ante oculos habuit Plinius verba Aristotelis Lib. 8. Cap. 26. de Histor. Animal. ταῖς δὲ μελίτταις ἐγγίνεται ἐν τοῖς σμήνεσι θηρία, ἃ λυμαίνεται τὰ κηρία. τό τε σκωλήκιον τὸ ἀραχνιοῦν, ὃ λυμαινόμενον τὰ κηρία· καλεῖται δὲ κλῆρος· οἱ δὲ πυραύστην καλοῦσιν· ὃς ἐντίκτει ἐν τῷ κηρίῳ ὅμοιον ἑαυτῷ οἷον ἀράχνιον, καὶ νοσεῖν ποιεῖ τὸ σμῆνος. καὶ ἄλλο θηρίον, οἷον ὁ ἠπίολος, ὁ περὶ τὸν λύχνον πετόμενος. οὗτος ἐντίκτει τὰ χνῦ ἀνάπλεων. Ubi postrema Interpres ita vertit, *Obest etiam alia quædam bestiola similis bepiolo papilioni, qui lucernarum luminibus advolat: Hæc pulverem spirando in alveo parit.* Pro χνῦ legit χῦ, & papilionem credidit pulverem gignere solo spiritu. Hercules tuam fidem, quicquamne insulsius,

&

Viridiſque ſtellio, & apiaſter prodigus,
Infeſti apum ſunt per vias examini.
At denſus imber, peſtilenſque ſpiritus,
Acriſque fumus, nubiumque opacitas,
Fugant eaſdem, perque turbant ordines.
Malo comeſto punico, circus, larus,

Tur-

& ab ipſa natura abhorrens magis? Dicamus, quod res eſt, & corrigamus, quæ ineptiarum ſcaturiginem præbent: Scribendum eſt, ὅ-τος ἐνίησι τὶ χνοῦ ἀραχνίου. *Ille gignit aliquid lanuginis araneoſæ.* Plinii *fila araneoſa* inde orta ſunt, neque aliter apud Philoſophum legit ille. Sed hæc obiter; de loco Ariſtotelis plura alias. Apud Ælianum igitur in medio Capitis pro φάλαγγες recte ſcribitur φάλαιναι: De eo dubium eſt nullum. Cum Capitis principio aliter res ſeſe habet, & qui ibi φάλαγγες in φαλαίνας mutant, recte calculum ſubducere non videntur mihi: Nam ea parte nihil eſt, quod eas expellat: Niſi forte ſcribendum exiſtimaverint illi, ἢ αἱ φάλαιναι, αἳ ἢ λυχναίαι. Nam ſic φάλαγγες ſubſiſtere non poſſent propter nomen adjunctum, & exulare deberent ſtatim. Hodie apud Ælianum legitur, καὶ αἱ λύγγαι: Quæ mihi plane ignotæ, & Aliis etiam, niſi fallor: Interpres certe eas neglexit, nec de illis quicquam Viri Eruditi. Quia φάλαιναι ad lucernas advolant, venuſte a quibuſdam dici potuerunt λυχναίαι: Id omnes ſentiunt ſtatim. Quid autem proclivius, quam ex λύγγαι facere λυχναίαι? Certe literæ & literarum ſonus eo nos ducunt: Quare pro iſtis ignotis perbene forſan ſubſtituentur hæ notæ. Sed Eruditi videant: Ego nihil affirmare ſuſtineo.

4. Δυσμενεῖς ὁδοστάται] *Inimici viarii*, qui in via ſtant, ut apes alveo exeuntes aggrediantur & perdant. Et hoc verum de pleriſque hic enumeratis, non de omnibus: Nam formicæ & teredines in ipſo alveo apibus nocent. Quare minus accurate hic locutus eſt Auctor: Niſi Amanuenſes forte erraverint, & ipſe Philes pro δυσμενεῖς ὁδοστάται) ſcripſerit δυσμενεῖς ὀρθοστάται. *Inimici erecti*, inimici capitales & publici, qui animo & corpore erecto inimicitiam publice profitentur: Epithetum eſt ſatis venuſtum. Tu vide & judica, Lector.

8. Κίρκος δὲ &c.] Hic Verſus & 17 ſequentes deſumti ſunt ex Æliani Libro 6. Cap. 46.

Σίδην φαγόντες, εὐθὺς ἀπολώλασιν.
Θνήσκει δὲ καὶ κάνθαρος ἐγγίσας μύρῳ·
Καὶ ψὰρ φαγὼν σκόροδον, οὐκέτι πνέει.
Καὶ τὸν μελαγκόρυφον ἄγνος ἐκτρίβει.
Κορυδαλὸν δὲ τὸ δριμὺ φθείρει νάπυ.
Κέδρου δὲ φύλλον εἰ λαθών δή που φάγοι
Καλαμοδύτης, οὐ βλέπει τὸν ἥλιον.
Κεῖται δὲ νεκρὰ καὶ πνοῆς ἀλλοτρία,
Εἰ τῆς ὑαίνης τὴν χολὴν ἶβις πίοι.
Φθίσις δὲ τοῖς ἔποψι δορκάδων στέαρ.
Τὸν αἶλον δὲ τῶν ἐτῶν ὑπεξάγει,
Βρωθὲν παρ' αὐτοῦ δυστυχῶς τὸ σύμφυτον.
Κόραξ δὲ τὴν εὔζωμον οὐ στέγει πόαν·
Καὶ τῶν κορωνῶν τὸν πολὺν τέμνει χρόνον,
Πτῶμα προληφθὲν εἰς βορὸν λύκου στόμα.
Πίπτει χαραδριὸς δὲ τιτάνου σπάσας.

Κτεί-

9. Εὐθὺς ἀπολώλασιν] Bersmannus & Camerarius, Εὐθὺς ἄρ' ἀπολώλασιν.

10. Θνήσκει δὲ καὶ κάνθαρος ἐγγίσας μύρῳ] Bersmannus & Camerarius, Καὶ κάνθαρος δὲ θνήσκει ἐγγίσας μύρῳ.

11. Καὶ ψὰρ φαγὼν σκόροδον] Bersmannus & Camerarius, Καὶ ψὰρ φαγών γε σκόροδον.

12. Τὸν μελαγκόρυφον ἄγνος] Bersmannus & Camerarius, τὸν μελαγκόρυφον ὅγ' ἄγνος.

15. Καλαμοδύτης, οὐ &c.] Bersmannus & Camerarius, Ὁ καλαμοδύτης, οὐ &c.

19. Τὸν

Turturque, cum merula, ſtatim leto cadunt:
Moriturque ſcarabeus propinquans unguini,
Sturnuſque vitam exhalat allii cibo.
Vitexque mortem comparat ficedulæ.
Sed acre caſſitam ſinapi interficit.
Foliumque cedri neſcius ſi devoret,
Non amplius ſolem calamodytes videt.
Jacetque vitæ deſtituta ſpiritu,
Bibens hyænæ ſi fel Ibis hauſerit.
At caprearum upupas adeps dedit neci;
Anniſque privat præpetem Jovis ſuis,
Infauſtum ab ipſa devoratum ſymphyton.
Nec corvus erucam abſque noxa paſcitur;
Et truncat ætatis moram cornicibus
Cadaver ingeſtum, ore contactum lupi.
Vulſo charadrius cadit bitumine,

Et

19. Τὸν αἴλον δὲ &c.] Editio Berſmanni, Τὸν αἰετὸν δὲ &c.

24. Τιτάνου σπάσας] Gypſum intellige: Sic Æliani ἄσφαλλος non male convenit. Heſychius in Lexico: Τίτανος, ὄρος Θεσσαλίας, καὶ κονία ἄσβεστος· οἱ δὲ ἐπὶ γύψῳ χρίσμα. Τιτανωμένας, γεγυψωμένας. Sequitur ibi: Τιτανωτῇ, χρόα γυψωτῇ, ἢ λευκόχροος. Quæ male diſtincta ſunt, & ita diſtingui debent, Τιτανωτῇ χρόα, γυψωτῇ ἢ λευκόχροος. Apud Auctorem, neſcio quem, legebatur Τιτανωτῇ χρόα: Id expoſitum *gypſata cutem aut cu-*

te

Κτείνει δὲ λιϐὰς τὰς γεράνους ἀμπέλου.
Στυγεῖ μὲν οὖν μύραινα τοὺς πολύποδας·
Μεμήνασι δὲ καράϐῳ πολύποδες·
Ο κάραϐος δὲ ταῖς μυραίναις ἄχθεται·
Καὶ ταῖς χελώναις ἀντίκεινται πέρδικες;
Καὶ τοῖς ἐχίνοις οἱ ποταμογείτονες:
Εχθος γε μὴν ἔχουσιν αἰθυίαις μέγα
Μακροὶ πελαργοὶ, καὶ βραδύπτεροι κρέκες.
Ερωδιὸς δὲ μισεῖ τοὺς λευκοὺς λάρους·

Ko-

te candens, Nihil appositum magis. Salmasius vitiosam distinctionem retinens, pro χρόα ibi legebat χώρα: Inepte & nullo judicio. In Editione Bersmanni inter τοιαύτη & σπάσας hic interponitur τι.

25. Κτείνει δὲ λιϐὰς &c.] Bersmannus & Camerarius, Κτείνει λιϐὰς δὲ τάς γε γεράνους ἀμπέλου.

26. Στυγεῖ μὲν οὖν &c.] Ad hunc Versum in Ora Libri Anglicani adscriptus est Titulus, Περὶ τῆς τῶν ζώων ἐν ἀλλήλοις ἔχθρας. Bersmannus & Camerarius, Ἀεὶ μὲν οὖν μύραινα πολύποδας στυγεῖ.

27. Μεμήνασι δὲ καράϐῳ &c.] Bersmannus & Camerarius, Μεμήνασι δ' ἐπὶ καράϐῳ οἱ πολύποδες.

28. Ο κάραϐος δὲ ταῖς &c.] Bersmannus & Camerarius, Ο δὲ κάραϐός γε ταῖς &c. Junge autem cum hoc Versu & duobus præcedentibus Ælianum Lib. 1. Cap. 32.

29. Καὶ ταῖς χελώναις &c.] Ælianus Lib. 4. Cap. 5.

30. Καὶ τοῖς ἐχίνοις οἱ ποταμογείτονες] Herba est ποταμογείτων, satis nota: Quid vero ea hoc loco, ubi de inimicitia agitur, quam animalia viva & spirantia inter se exercent? An Auctor forma nominis deceptus est, & ποταμογείτονα pro animali habuit? Ita sane videri posset: Sed aliud latet, nisi fallor. Quod de Potamogitone & Echino legimus hic, petitum est ex Æliani Libro 6. Cap. 46, quod paulo ante a Versu 8. ad Versum 25. accurate descripsit Noster, si hunc ipsum Articulum excipias: Et quid igitur? An in eo cæcutivit solo, & ubi apertum erat, Ælianum to-

to

Et vitis hausta conficit lacryma gruem.
Infesta polypo semper est muraenula,
Odio locustas polypus impetit fero,
Locusta strangulatur a muraenula.
Perdicis adversum est genus testudini.
Necant echinos potamogitones cibo;
Longæque cum mergis ciconiæ, & creces
Tardæ volatibus, simultates gerunt.
Odit colore gavias albo ardea.

Exo-

to illo Capite de rebus inanimatis loqui, quæ animatis perniciem afferant, unum illud de animatis accepit perperam? Ut dicam, quod sentio, id credere durum: Quare eo inclinat animus, ut vitium hoc turpe non Auctori, sed Amanuensibus adscribendum esse putem. Longe plurima in Libris Nostris hodie a loco suo exulant, ut nemo nescit: Inter ea referatur Versiculus hic, qui cum statim post Versum 25. collocatus esset, & ita relictus ab Auctore suo, Καὶ τοὺς ἐχίνους οἱ ποταμογείτονες, pessime transpositus & interpolatus fuit ab imperitis & cæcutientibus. Quid ais? Nonne hoc probabile, ubi paulo accuratius ad singula attendas animo tranquillo & puro? Ita statuo equidem. Apud Ælianum eadem linea sequitur, ἐχῖνος δὲ αἰθυίας χολλὰ σὺν ὑπομβρ(ί): Quæ certo certius corrupta sunt: Nam ubi de Echino præcessit, ita de Echino non potest sequi. Quid reponendum sit & Ælianus scripserit, ego nunc una cum ignarissimis scio, & olim non magis compertum habuit Philes: Quare ista sola non descripsit, sed sibi reliquit sciens: Hoc addo, ut Nasutorum ἀκριβείᾳ occurram, qui ex isto silentio contra Auctorem recte a me defensum nescio quid acuminatum colligere possent sibi: Heroes illos novi.

31. Ἐχθρὸς γε μὴν &c.] Versus hic cum tribus sequentibus descriptus est ex Æliani Lib. 4. Cap. 5.

32. Βοσκὸν πτερὸν κρέκες] Apud Ælianum sine dubio pro κρὲξ male legitur κρεῖος. Recte autem Bersmannus

Κορυδαλὶς δὲ πᾶσαν ἀκανθυλίδα·
Καὶ πελεκὰν ὄρτυγα, ϗ πλῶκες κύνας·
Τρυγὼν δὲ πύῤῥαν. τῆς δὲ κερδοῦς ἡ φύσις
Εχῖνον ἐχθρὸν οἶδεν, ὃν χέρσος τρέφει.
Πάλιν κορῶναι δυσμενεῖς γλαυκῶν γένει.
Κόραξ δὲ μισεῖ τὴν γονὴν τῶν ἰκτίνων,
Πάγρον τε βρένθος, ϗ τρυγὼν πυραλλίδα,

Τὴν

nus κρύκες, quod in Editione Arſenii & Libro Anglicano eſt, mutavit in κρέκες: Nam id verum nomen eſt avis.

34. Κορυδαλὶς δὲ πᾶσαν &c.] Berſmannus & Camerarius, Κορυδαλλὶς πᾶσαν γὲ μὲν ἀκανθυλίδα. Secundam in κορυδαλὶς & tertiam in ἀκανθυλίδα producunt: Neſcio, quo jure.

35. Καὶ πελεκὰν ὄρτυγα, ϗ πλῶκες κύνας] Ex Æliani Lib. 5. Cap. 24. & Lib. 6. Cap. 45. Berſmannus & Camerarius, Πελεκὰν δέ τ' ὄρτυγα· οἱ δὲ πλῶκες τὰς κύνας.

36. Τρυγὼν δὲ πύῤῥαν] Ælianus Lib. 4. Cap. 5. Τρυγόνι πρὸς πύῤῥαν διαφορά. An avis eſt, quam Alii vocant πυῤῥίαν? Ita videtur: Fors apud ipſum Ælianum in Libris Antiquioribus ſcriptum fuit πυῤῥίαν, & Litera ι adfuit.

Ibid. Τῆς δὲ κερδοῦς ἡ φύσις &c.] Ex Æliani Lib. 6. Cap. 24. & 64.

38. Πάλιν κορῶναι &c.] Cum hoc Verſu & ſeptem ſequentibus junge Ælianum Lib. 5. Cap. 48.

39. Κόραξ δὲ μισεῖ τὴν &c.] Berſmannus & Camerarius, Κόραξ δὲ μισεῖ τῶν ἰκτίνων τὴν γονήν. Sic Verſus ſcilicet exibit bonus.

40. Πάγρον τε βρένθος] Ælianus, καὶ βρένθος καὶ πάγρος. Ignotus eſt πάγρος, quem Viri Eruditi non male cum λάρῳ mutant: Nam ita diſerte Ariſtoteles Lib. 9. Cap. 1. Hiſtor. Animal. ἔτι δὲ οἱ ἀπὸ τῆς θαλάττης ζῶντες, πολέμιοι ἀλλήλοις. οἷον βρένθος, ϗ λάρος, ϗ ἅρπη. Pro βρένθος hic male ſcribitur βρένθος: Nam nomina ſunt diverſa & aves diverſæ. βρένθος circa littora vagatur & e mari victum petit: βρένθος in ſylvis degit, & ibi delicate vivit, ſuaviterque canit. De βρένθῳ conſtat ex loco Ariſtotelis jam adſcripto: De βρένθῳ Idem diſtincte Cap. 11. ejuſdem Libri, ἔνιοι δὲ τῶν ὀρνίθων ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ τῇ ὕλῃ κατοικοῦσιν. οἷον ἔποψ, ϗ βρένθος. οὗτος δὲ ὁ ὄρνις, εὐβίοτος καὶ ᾠδικός. Res eſt perſpicua, & dubii expers.

Exosam habet cassita stirpem acanthidum,
Pelecan coturnicem, canes turba leporum,
Pyrrhamque turtur: nec latet vulpem suus
Echinus hostis, terra* quem vasta educat.
Invisa cornix est pudica noctuæ,
Oditque corvus milviorum liberos,
Pagrumque brinthus, turtur atque ignariam,

Lu-

expers. Differunt igitur βρίνθος & βρένθος, quos Viri Eruditi nunc perperam confundunt, & olim inter Grammaticos Antiquos etiam confuderunt multi: Audiamus eos apud Hesychium: Βρίνθιον, μύρον τί, ὡς βάκκαρις, οἱ δὲ ἀνθινὸν μύρον, καὶ ὄρνεον βρίνθος, ὅπερ ἔνιοι κόσσυφον λέγουσι. βρίνθος καὶ ὁ τύμβος λέγεται. Qui βρίνθον pro κόσσυφῳ habebant, absque dubio non distinxerunt inter βρίνθον & βρένθον: Notissima enim est κοσσύφου conditio & cantus. Hoc primum. Dein ipsum ὑποκοριστικὸν male acceptum & turbatum: βρίνθος scilicet propter suavitatem vocis & victus, etiam ὑποκοριστικῶς dictus est βρίνθιον: Id transtulerunt minus attenti ad βρένθον, in quo nihil suave, & cujus tota vita est rapax & horrida. In Lexico sequitur paulo post: Βρένθος, πυθμὴν, τύμβος, καὶ ὄρνεον, ὃ καὶ βρένθιον. Ubi eadem est confusio; Nam pro βρίνθιον ibi nunc male scribitur βρένθιον. Hic autem apud Philen pro βρίνθος ex Æliano & Aristotele legere debemus βρένθος, nisi Auctor Aliorum exemplo duas aves duoque nomina male confuderit. Quanquam, ut verum fatear, βρένθος rectius diceretur avis monticola, quam avis littoralis: Nam ipsa illa vox, ut sciunt Græce docti, mollitiem spirat vi sua. An forte apud Aristotelem Capite Primo legendum est βρίνθος, Capite autem Undecimo βρένθος, & Ælianus olim βρίνθος ex ipso Philosopho excerpsit? Sic certe Philes hic meliores Codices secutus fuisset, & Antiqui Grammatici apud Hesychium non ineptiissent, ratioque nominis magis aperta foret. Attende, attende, quæso: Quod mihi probabile videtur, fallor, aut probabile etiam videbitur tibi.

Ibid. Καὶ τρυγὼν πυραλλίδα] Et hic, & apud Ælianum, nomen avis scribitur cum duplici λ: Non bene. Apud Aristotelem Lib 9. Cap. 1. Hist. Anim. rectius legitur cum λ

sim-

Τὴν τρυγόνα χλωρεὺς δὲ, καὶ τοῦτον κόραξ·
Δράκων δὲ κύκνον. ἀετὸν δὲ τὸν μέγαν
Αἰγυπιὸς δέδοικε· τὸν δὲ, τρωγλίτης.
Κτείνει δὲ βουβαλίδα καὶ ταῦρον λέων,
Ὡς Ἰνδὸν ἐλέφαντα πυρίπνους δράκων.

Ω-

ſimplici: rectiſſime apud Heſychium cum ρ gemino & λ uno: Πυῤῥαλὶς, ὄρνις ποιός. Nam nullus ego dubito, quin a rufo colore ita etiam dicta ſit avis. Interpretes Ariſtotelis & Æliani vulgo vertunt *ignariam*: Peſſime. Animalculum volucre, quod muſcæ magnitudine in Cypri fornacibus ærariis ex medio igne prodit, πυραλὶς dicitur Græce, & ignaria dici poteſt Latine: Nam ex igne oritur & in igne vivit. Ex Ariſtotele Plinius Lib. 11. Cap. 36. Hiſtor. Natural. *Gignit aliqua & contrarium naturæ elementum. Siquidem in Cypri ærariis fornacibus ex medio igni, majoris muſcæ magnitudinis volat pennatum quadrupes: appellatur pyralis, a quibusdam pyrauſta.* πυραλὶς dicebatur a plerisque, πυραυστὴς a quibusdam: Illi bene: hi male: Nam πυραυστὴς papilio eſt, qui in tenebris ad lucernas advolat, & igne non vivit, ſed perit. Vidimus paulo ante, & nomen probat. Male igitur nomina confuderunt illi, ſi vera ſit, quæ apud Plinium circumfertur, lectio. Sed pro *pyrauſta* in Aliis Libris extabat *pyrotus*: Quos ego ſequi & laudare non poſſum non. Nam ſic nomen habemus bonum, & animalculi naturæ conveniens: πυρωτὸς, *igneus*, *ignitus*; qualis pyralis ille. Nihil apertius. Sed hoc in tranſitu. Accurate ergo diſtinguenda eſt ignaria & πυραλὶς ab ave illa, cum qua inimicitiam exercet turtur, quæque πυῤῥαλὶς dicitur vero nomine. Ratio inimicitiæ eſt, ut ſcribit Ariſtoteles, τόπος τῆς νομῆς καὶ βίος ὁ αὐτὸς: Quæ ſi rite conſideres, apparebit tibi ſtatim, quam imperite Salmaſius ad Solinum, apud eundem Ariſtotelem Lib. 8. Cap. 3. pro πυῤῥούλας reſcribat πυῤῥαλὶς: Nam turtur & πυῤῥαλις ſunt καρποφάγοι, πυῤῥούλας autem inter σκωληκοφάγους ibi recenſetur diſerte. Res eſt extra dubium poſita, & diſcrimen evidentius reperiri non poſſet. Ego πυῤῥούλας non muto, & aviculam, quæ notis rubris diſtincta eſt, ita dictam ſuſpicor: Maculæ illæ rubræ ſcilicet ſunt quaſi οὐλαὶ & cicatrices inter plumas albicantes & coloris minus obſcuri. Tales non ignoramus hodie in his ipſis Oris. Et ſic πυῤῥούλας & πυῤῥαλὶς differunt, ut πυραλὶς etiam & πυῤῥαλὶς. Callimachus, ſi Æliano creden-

Luteoque turturem, sed hunc corvus, draco
Cygnum. Deumque regis armigerum trucem
Vultur timet, timetque passer vulturem.
Occidit autem bubalum & taurum leo,
Spiransque flammas Indicum elephantum draco,

Ca-

dendum sit, πυραλλίδα inter columbas recensuit: Locus est in Variis Lib I. Cap. 15. Εἰ δέ τι Καλλιμάχῳ χρὴ προσέχειν, φάσσαν, καὶ πυραλλίδα, καὶ περιστερὰν, καὶ τρυγόνα, φησι, μηδὲν ἀλλήλαις ἐοικέναι. Quid de eo dicemus? Estne aliquis, qui id fecit præter Callimachum? Haud puto, & quia nihil comminisci possum, quod columbarum genus eo nomine particulatim distinguat, ne ipsum quidem Callimachum id fecisse arbitror. Amanuenses scilicet imperiti dederunt nomen, quod ipse Callimachus, quod ipse Ælianus non dederat: Lege, & lege absque dubio, εἰ δέ τι Καλλιμάχῳ χρὴ προσέχειν, φάσσαν, καὶ πελειάδα, καὶ &c. Genus illud columbæ: Vide inter alios Philosophum Lib. 5. Cap. 13. Histor. Animal. Ex ista voce implicite scripta fecerunt homines belli suum πυραλλίδα explicitum: Sentisne?

41. Καὶ τοῦτον κόραξ] Hoc non est apud Ælianum.

42. Δράκων δὲ κύκνον] Ita Ælianus Lib. 5. Cap. 48. Sed vereor, ne locus sit leviter corruptus transpositione vocum: Nam de inimicitia inter Cygnum & Draconem nihil lectum recordor mihi. Scribendum forte, καὶ αἰγυπιοὶ καὶ κύκνοι, καὶ αἰετοὶ καὶ δράκοντες. Satis probabile est dissidium illud inter Cygnum & Ægypium, longe autem celeberrimum alterum inter Aquilam & Draconem, & a nemine non decantatum: Noster ipse Capite de Aquila: Τούτου δὲ καὶ τὸν ῥοῖζον ἀκούσας δράκων, Ἐκθρέξει παραχρῆμα &c. Quæ ex Æliani etiam penu sunt desumta, ut ibi monuimus. Causa inimicitiæ est, ut Aristoteles scribit, quod τροφὴν ποιεῖται τοὺς ὄφεις ὁ αἰετὸς: Et hoc facit, ut vulgatam scripturam apud Ælianum adhuc minus probem: Nam cygnum anguibus vesci, nemo scripsit unquam aut scribere potuit vere. Attende & judica.

Ibid. Αἰετὸν δὲ τὸν μέγαν] Editio Bersmanni, αἰετὸν δὲ τὸν μέγαν.

43. Αἰγυπιὸς δέδοικε] Bersmannus & Camerarius, Αἰγυπιὸς ἂν δέδοικε.

Ibid. Τὸν δὲ τρωγλίτην] Hæc etiam apud Ælianum non extant.

44 Βουβαλίδα καὶ ταῦρον] Bersmannus & Camerarius, βουβαλίδα τε καὶ ταῦρον.

45. Πυρίπνους δράκων] Bersmannus & Camerarius, πυρίπνους πέφνε δράκων.

Ὠτὶς δὲ κυνὸς ἁρπαγὴν φυλάσσεται.
Καὶ τοὺς ὄνους αἴγιθος ἐχθροὺς ἂν κρίνοι.
Οἱ μὲν γὰρ ὠγκήσαντο, τοῦ δὲ τοὺς τόκους,
Οὓς ἐν ᾠοῖς εὗρεν ἐσπειραμένους,
Ἀφῆκε νεκροὺς ἐκπεσόντας ὁ κτύπος.
Ὄφεις δὲ πεφρίκασι κέντρα σκορπίων.

Ιχ-

46. Ὠτὶς δὲ κυνὸς ἁρπαγὴν &c.] Ex Æliani Lib. 5. Cap. 24. Bersmannus & Camerarius, Ὠτὶς κυνὸς δὲ θ' ἁρπαγὴν &c.

47. Καὶ τοὺς ὄνους] Ælianus Lib. 5. Cap. 48.

Ibid. αἴγιθος] Apud Ælianum est αἰγίθαλος: Aristoteles Lib. 9. Cap. 1. Histor. Animal. etiam αἴγιθος. Diversitas est, quæ alibi etiam occurrit: Apud Aristotelem eodem Capite, Anthus, Spinus, & Ægithus inter se odium exercere dicuntur, & quidem Ægithus & Anthus in tantum, ut sanguis eorum misceri non possit: καὶ ἄνθος, καὶ ἀκανθὶς, καὶ αἴγιθος πολέμιοι. λέγεται δ' ὅτι αἰγίθου καὶ ἄνθου αἷμα οὐ συμμίσγεται ἀλλήλοις. Idem ex Aristotele narrans Ælianus, pro αἰγίθου etiam habet αἰγιθάλου: Locus est Lib. 10. Cap. 32. λέγει δὲ Ἀριστοτέλης, ἐὰν τοῦδε τοῦ ἀκάνθου καὶ μέντοι τοῦ καλουμένου αἰγιθάλου τὸ αἷμα ἐς ταυτὸν ἀγγεῖον τις ἀναμίξῃ καὶ κεράσαι θελήσῃ, τόδε μὴ συνιέναι, μηδ' ἑνοῦσθαι εἰς μίαν κρᾶσιν. Et sic etiam Plutarchus Lib. de Invidia. Plinius Lib. 10. Cap. 74. Histor. Natural. bis cum Aristotele *Ægithum* commemorat. Aves haud dubie sunt diversæ, & vel his vel illis locis errarunt Amanuenses: Quod facile omnino fuit & proclive, ubi per literarum compendia expressum fuit nomen. Utrum melius hic, nondum scio. Pro αἴγιθος in Libro Oxoniensi legitur αἴγισθος: Male, nisi fallor. Fors αἴγινθος voluit Scriba: Nam ita dicitur αἴγιθος apud Oppianum in Ixieuticis. Suidas suo loco in Lexico: Αἴσαλος, ὄνομα κύριον. Quod si rectum sit, ut sane videtur, aliquis ab avicula fuit ita dictus.

50. Ἀφῆκε νεκροὺς ἐκπεσόντας ὁ κτύπος] Nihil ineptius: Nam asinus rudens sola voce non potest frangere ova. Pueri intelligunt. Sic tamen bonus etiam Ælianus, quem sequitur Noster. Recte & vere Plinius Lib. 10. Cap. 74. Hist. Natur. *Ægithus avis minima cum asino dissidet. Spinetis enim se scabendi causa*

Canisque raptum tarda avis subterfugit,
Hostesque ducit ægithus asinos suos:
Quos si rudentes audiant pulli, illico
Deturbat exanimes metu nidis sonus,
Intus putamen quotquot abditos tegit.
Sed scorpiorum spicula angues territant,

Ich-

sa atterens, nidos ejus dissipat: quod adeo pavet, ut voce omnino rudentis audita, ova ejiciat, pulli ipsi metu cadant. Igitur advolans hulcera ejus rostro excavat. Quæ desumsit ex Aristotelis loco, qui in Libris Nostris nunc mutilus est & corruptus, sed in istis Plinii extabat integer & syncerus. Videamus breviter: Apud Philosophum Lib. 9. Cap. 1. Hist. Animal. hodie legitur: αἰγίθῳ δὲ καὶ ὄνῳ πόλεμος, διὰ τὸ παριόντα τὸν ὄνον, ξύεσθαι εἰς τὰς ἀκάνθας τὰ ἕλκη· διά τι ἂν τοῦτο, κἂν ὀγκήσηται, ἐκβάλλει τὰ ᾠὰ καὶ τοὺς νεοττούς. φοβούμενοι γὰρ ἐκπίπτουσιν. ὁ δὲ διὰ τὴν βλάβην ταύτην κολάπτει ἐπιπετόμενος τὰ ἕλκη αὐτοῦ. Inepte & nullo sensu: Nam primo, quid tibi videtur? An Ægithus odit asinum, quia ad spineta se scabit, & si nihil aliud accedat, eo ipso injuriam facit Ægitho, ac si in spineta ei jus sit soli? Dein, An pulli, qui ejiciuntur nido, dici possunt φοβούμενοι ἐκπίπτειν, & duo illa recte subsistunt una? Nugæ, nugæ, quas Viros Eruditos adeo patienter tulisse miror: Nos eas abigimus procul, & locum ita constituendum esse dicimus audacter: αἰγίθῳ δὲ καὶ ὄνῳ πόλεμος, διὰ τὸ παριόντα τὸν ὄνον, ξύεσθαι εἰς τὰς ἀκάνθας τὰ ἕλκη καὶ . . . . διά τι ἂν τοῦτο, κἂν ὀγκήσηται, ἐκβάλλει τὰ ᾠὰ, καὶ οἱ νεοττοὶ φοβούμενοι ἐκπίπτουσιν. ὁ δὲ διὰ τὴν &c. In loco vacuo comparuit, νεοττιὰν αὐτοῦ οὕτως ἀνατρέπειν, aut aliquid simile: Sic omnia optime cohærent, & verba Plinii sunt pro versione Latina. Nihil certius, nihil evidentius. Non dubitandum autem, quin locus Philosophi jam olim in multis Libris fuerit depravatus: Nam inde ineptiæ illæ, ut ego firmiter mihi persuadeo, quas nunc apud Ælianum & Auctorem hunc offendimus. Quare libentius certe medicinam adhibui, ut sic errorem radicitus tollerem.

51. Ὄφεις δὲ σκορπίοισι &c.] Hæc quoque in Æliano non observavi.

Ἰχνεύμονες δὲ δειματοῦσιν ἀσπίδας,
Ἀλέκτορες δὲ τῶν λεόντων τὴν φύσιν,
Τούτους δὲ γαλῆ, μυγαλῆ δὲ παρδάλεις.
Πάλιν ἀλώπηξ δυσμενῆ κίρκον κρίνει,
Κόρακα ταῦρος, ἵππον ἰχθὺς ἀνθίας,
Δελφὶς φάλαιναν, καὶ λάβραξ τὸν κεστρέα·
Μύραινα γόγγρον, ἡ δ' ὕαινα πάρδαλιν,

Καὶ

52. Ἰχνεύμονες δὲ &c.] Ælianus Lib. 5. Cap 48. Versus sequens, Ἀλέκτορες δὲ &c, est desumptus ex Æliani Lib. 3. Cap. 31.

54. Τούτους δὲ γαλῆ] Ælianus Lib. 5. Cap. 50. Τούτους respicit Ἀλέκτορες: Leones terrent Galli gallinacei, Gallos vero gallinaceos mustela: Interpres male. Pro Τούτους δὲ γαλῆ ille autem cum Camerario Τούτους γαλῆ δὲ.

Ibid. Μυγαλῆ δὲ παρδάλεις] Non est apud Ælianum.

55. Πάλιν—κρίνει] Hic Versus cum duobus sequentibus & tertii dimidio descriptus est ex Æliani Lib. 5. Cap. 48. Pro κρίνει Editio Arsenii & Liber Anglicanus κρίνοι: Ego hic Bersmannum secutus sum.

56. Κόρακα ταῦρος, ἵππον ἰχθὺς ἀνθίας] Quid? An piscis odit equum? Nugæ, nugæ. Apud Ælianum est, καὶ ὁ ἄνθος τὸν ἵππον. An ibi pro ἄνθος scriptum fuit ἀνθίας in Libro, quem volutavit Philes, & inde error ejus? Vix puto, quia nimis est inficetus. Dicam, quod suspicor: Legendum autumo, Πάλιν ἀλώπηξ δυσμενῆ κίρκον κρίνει, Κόρακα ταῦρος· ἵππον ἔχθει δ' ἀνθίας, Δελφὶς φάλαιναν, καὶ &c. *Equum odio prosequitur Anthias.* Sic omnis error abest statim: Nam quem vulgo vocabant ἄνθον, Noster cum Aliis vocare potuit ἀνθίαν. Piscis ἀνθίας ita dictus a colore: Avis ἄνθος etiam: Nomen igitur origine idem, & sola terminatio diversa: Quæ certe distinctionem inducere non potest veram. quia centies in Synonymis ita variavit apud Græcos: Id nemo nescit, & exemplis probare non necesse Si autem accurate velimus loqui, ipsa avis rectius diceretur ἀνθίας, quam ἄνθος: Nam Epithetum in his præstat voci substantiali. Quare apud Ælianum in Libro Auctoris Nostri & aliis qui-

Ichneumonesque terrefaciunt aspidas.
Galli leonibus, leo formidini
Est ictidi, mus pardalique araneus.
Vulpecula inimicum sibi Circum putat,
Corvumque taurus, atque equum piscem anthias.
Delphin Balænam odit, lupusque mugilem,
Muræna congrum, hyæna pantheram timet,

quibusdam revera pro ἄνθος forte exaratum fuit ἀνθίας: Quod, ut nunc sentis, optimum sane, si recte accipiatur, & Lectorem offendat non ineruditum: Qui cum aliquando deesset hoc ipso loco, inde factum, ut pro ἴχθυ implicite scripto, scriptum sit explicite ἰχθὺς, & avis mutata in piscem: Nihil, ita vivam, pronius. De ave igitur sentit Philes cum Æliano suo, qui hanc inimicitiam inter equum & Anthum tetigerunt ambo uno verbo: Distincte & plusculis ea de re Aristoteles Lib. 9. Cap. 1. Histor. Animal. ἄνθος δὲ ἵππῳ πολέμιος. ἐξελαύνει γὰρ τὸν ἵππον ἐκ τῆς νομῆς. πόαν γὰρ ἐπινέμεται ὁ ἄνθος. ἐπάργεμος δέ ἐστι καὶ οὐκ ὀξυωπός. μιμεῖται δὲ τοῦ ἵππου τὴν φωνὴν, καὶ φοβεῖ ἐπιπετόμενος, καὶ ἐξελαύνει, ὅταν δὲ λάβῃ, κλείνει αὐτόν. οἰκεῖ δ' ὁ ἄνθος παρὰ ποταμὸν καὶ ἕλη· χρόαν δ' ἔχει καλήν· καὶ εὐβίοτος. Quem locum adscripsi, ut data nunc occasione eum emendem: Laborat enim in istis, ὅταν δὲ λάβῃ, κτείνει αὐτὸν, quæ ridicula sane sunt, & nimis arbitrarie tentant Viri Eruditi. Tu lege, si sapias, μιμεῖται δὲ τοῦ ἵππου τὴν φωνὴν, καὶ φοβεῖ ἐπιπετόμενος, καὶ ἐξελαύνει· ὅταν δὲ λὰξ ἴβῃ, κλείνει αὐτόν. Anthus equi hinnitum imitatur, & equum advolans ex pascuis expellit, qui si calcitrans ierit, Anthum calce occidit. λὰξ ἴβῃ elegans est eo sensu, & commode ista vindicat equo: Præcedit autem, ἐπαργέμος δέ ἐστι καὶ οὐκ ὀξυωπός, idque cum suspicione mea ita conspirat, ut nihil magis: Quare, ut mihi videtur, non est dubitandem vel tantillum. Pro Κόρακα Liber Anglicanus hic habebat Κόρακας: Minus bene. Bersmannus & Camerarius, Καὶ κόρακα ταῦρος, ἵππον &c.

58. Ἡ δ' ὕαινα πάρδαλιν] Versum hunc dimidium cum duobus sequentibus descripsit Philes ex Æliani Lib. 6. Cap. 22.

Καὶ σκαλαβώτην ὁ φθορεὺς κλὼψ σκορπίος,
Νάρκη δὲ τοῦτον, ἀσακὸς πολύποδα.
Λέων δὲ πῦρ δέδοικεν ἐκτρόπως τρέμων.
Αλίσκεται δ' οὖν εὐχερῶς οἷς λύκοις,
Εποψιν ἡ μέλιτλα, καὶ χελιδόσι
Τέτλιξ φιλῳδὸς, ταῖς δὲ δορκάσιν ὄφις,
Καὶ παρδάλει πίθηκος, ὃν μίμον βλέπεις.

Τῆς

59. Καὶ σκαλαβώτην ὁ φθορεὺς κλὼψ σκορπίος] Σκαλαβώτην decurtate pro ἀσκαλαβώτην integre: Talia habemus multa, ut Eruditi sciunt. Apud Suidam suo loco perbene legas; Ασκαλαβώτης. ὁ γαλεώτης. οὐχὶ σκαλαβώτην λέγουσι· μᾶλλον δὲ γαλιώτην. Μένανδρος· Οὑτοσὶ δὲ γαλεώτης γέρων. Sine dubio λέγουσι respicit Atticos: Hi ἀσκαλαβώτην dicebant, non σκαλαβώτην, & pro ipsa voce plena malebant γαλεώτην, quod in suo Eunucho proinde adhibuerat Menander. Nunc καλαβώτην ibi legitur, quod in καλώτην nimis calide mutabat Editor Nuperus. Sed de istis plura suo loco. Bersmannus cum Camerario hic in gratiam Versus, Καὶ ἀσκαλαβώτην. Illud ὁ φθορεὺς κλὼψ lucem accipit ex Æliani Capite 23. sequenti.

60. Νάρκη δὲ τοῦτον, ἀσακὸς πολύποδα] Locus haud dubie corruptus: Nam ita errasse Philen, ut vulgo opinantur, credat Judæus apella, non ego, ubi verba Æliani, νάρκη γοῦν τὸν σκορπίον καταλαμβάνει, προσαχθέντος οἱ τοῦ ζώου τοῦ προειρημένου, sunt certa adeo & perspicua. Gesnerus in Histor. Animal. Lib. 2. de Quadruped. Ovipar. eadem sentiens mecum, legendum esse suspicabatur, Καὶ σκαλαβώτην ὁ φθορεὺς κλὼψ σκορπίος, Ναρκᾷ δὲ τοῦτον. Quod jure improbat Bochartus in Hierozoico, quia Ascalabotes Scorpium torpedine afficit, non Scorpius Ascalabotem, ut ista Æliani, aliaque a Viris Eruditis adducta probant. Quid igitur? Scribendum ego autumo plane, Καὶ σκαλαβώτην ὁ φθορεὺς κλὼψ σκορπίος, Ναρκᾷν γε τοῦτον. *Et Stellionem corruptor furtivus Scorpius, ita ut torpeat quidem hicce.* Elegans est modus infinitus, ut norunt Græce docti, & τοῦτον ad proximum σκορπίος commode sese refert: Quare Philen sic pulchre cum Æliano concilio, & omnes ineptias hinc abigo procul. Pro ἀσακὸς πολύποδα

Bers-

Et ſtellionem perditor fur ſcorpius,
Torpedo ſcorpium, polypodem cammarus.
Horreſcit ignem percitus metu leo.
Balans inermis a lupis prehenditur,
Ab upupa apes, a filia Pandionis
Cantus amans cicada, damis anguium
Immite vulgus, pardalique ſimia,

Quem

Bersmannus & Camerarius, *ἀστακὸς δὲ πολύποδα.*

61. *Λέων δὲ πῦρ δέδοικεν ἐκτρόπως τρέμων*] Verſum hunc hic poſitum eſſe ab Auctore Noſtro, nemo mihi perſuaſerit: Nimis enim accurate animata ab inanimatis diſtinguit. Quare nullus ego dubito, quin transpoſitus etiam ſit ab Amanuenſium plebe, & collocari debeat ſtatim poſt Verſum 65. loco ſuo. Inquies; Sic verbum *δέδοικεν* bis occurrit brevi intervallo: Ita eſt, fateor; Sed ſic ipſi politiores plus ſemel, quibus ſi diligentiorem hac parte ſtatuas Philen, rogo, ut minima mutatione Verſu 67. legas, *Ἅπας ὄφις πέφρικεν*: Sic tibi ſatisfactum erit, credo. Illud *ἐκτρόπως* arcte copulandum eſt cum *δέδοικεν*: Nam *ἐκτρόπως τρέμων* non poteſt dici apte. Quanquam ego certe pro *ἐκτρόπως* malim *ἐκλόπως*, quod perſpicuum eſt, & cum una alteraque voce jungitur æque bene.

62. *Ἁλίσκεται δ' ὂν*] Verſus hic & tres ſequentes deſumti ſunt ex Æliani Lib. 8. Cap. 6.

Ibid. *Οἷς λύκοις*] Apud Ælianum in Libris Noſtris nunc depravate legitur, *οἱ ὄνοι μὲν τοῖς λύκοις*: Pro quo ex Libro Philæ legendum eſt, *οἱ ὄϊες μὲν τοῖς λύκοις*. Nihil apertius, aut indubitatius.

63. *Ἔποψιν ἡ μέλιττα*] Liber Philæ, qui Verſu præcedenti melior erat Libris Noſtris, hic contra illis fuit deterior: Recte enim apud Ælianum ſcribitur nunc, *τοῖς μέροψι δὲ αἱ μέλιτται*: Pro quo male ſcriptum repperit Philes, *τοῖς ἔποψι δὲ αἱ μέλιτται*. Hoc certum iterum & perſpicuum: Meropes enim ſunt, qui apibus maxime inſidiantur, non upupæ. Si *μέροψι* in Libro ſuo legiſſet Auctor, id ſine dubio non recenſuiſſet hic, quia de eorum cum apibus inimicitia jam locutus fuerat Supra loco ſuo: Illud *φαγεῖν δεινὸς μέροψ* nondum memoria tua excidit.

Τῆς ἴβεως δὲ τὸ πτερὸν μόνον βλέπων,
Ἅπας ὄφις δέδοικεν· ὅπερ ἂν θίγοι,
Ναρκῶν ὄφις ἐκεῖνος· ἂν δὲ καὶ φάγοι,
Τέθνηκε, ῥαγεὶς ὁ φθορεὺς τὴν γαστέρα.
Κύων δὲ σιγᾷ, κἂν ὑλακῆσαι θέλοι,
Δαλὸν θεωρῶν ἐκ πυρᾶς φθισιμβροτοῦ.
Ἀνθίσταται δὲ πρὸς τὸ βάσκανον πάθος,
Δάφνην φαγοῦσα φάττα, κίρκος πικρίδα,
Πέρδιξ καλάμου, κίχλα μυρσίνης κόμην,
Ἐρωδιὸς καρκῖνον, ἄγρωστιν ἔποψ,

Φύλ-

66. Τῆς ἴβεως δὲ &c.] Junge Ælianum Lib. 1. Cap. 38.

68. Ναρκῶν ὄφις ἐκεῖνος] Editio Bersmanni, Ναρκῶν γ' ὄφις ἐκεῖνος: Vitio haud dubie Typothetarum. Nam ipſe cum Camerario voluit, Ναρκῶν ὄφις γ' ἐκεῖνος, ut ſic ſcilicet pes ſecundus eſſet Jambus. Obſerves autem hic repetitum ὄφις, & quidem in eadem carminis ſede: Nam ſic δέδοικεν ſimiliter repetitum, minus tibi diſplicebit, credo. Sed nunc forte malueris transpoſita voce, Ἅπας δέδοικεν ὄφις, quod utrique Verſui proſit, verbique geminationem tolerabiliorem efficiat: Non repugno, & facile leviculum illud tibi concedo.

70. Κύων δὲ σιγᾷ, κἂν &c.] Ælianus eodem Libro 1. Cap. 38.

72. Ἀνθίσταται δὲ πρὸς &c.] Cum hoc Verſu & aliis ſequentibus ad Verſum 92 usque, jungas Ælianum Lib. 1. Cap. 35 & 37. & Lib. 11. Cap. 18. Liber Anglicanus Inſcriptionem hic habet novam, Περὶ τῶν ἀλεξητηρίων εἰς τὰς βασκανίας.

73. Δάφνην φαγοῦσα φάττα] Vitium ſatis apertum: Scribe absque mora, Δάφνην λαβοῦσα φάττα. Palumbes laurum, aliæ aves alia, non comedunt contra faſcinum, ſed in nidis ſuis contra faſcinum imponunt. Ælianus perſpicue, ἀκούω οὖν βασκανίας ἀμυντήριον τὰς φάττας, δάφνης κλώνια ἀποτρωξάσας λεπτὰ, εἶτα μέντοι ταῖς ἑαυτῶν καλιαῖς ἐντιθέναι, τῶν νεοττίων φειδοῖ. ἰκτῖνας δὲ &c. Et Zoroaſter in Geo-

po-

Quem conſpicis mimum. Sed anguis Ibium
Pennas paveſcit intuens, contactibus
Harumque torpet ocius: reconditus
Alvo, forantis perforat qui viſcera.
At torre viſo funerali, protinus
Ferociens latrare deſinit canis.
Et faſcinantum ſe tuentur a dolis
Laurum palumbes congerentes, intybum
Circus, comam perdix harundinaceam,
Myrtumque turdus colligens, cancrum ardea,
Gra-

ponicis Lib. 15. Cap. 1. πελαργοὶ πλατάνου φύλλα ταῖς νεοττίαις ἐντιθέασι, διὰ τὰς νυκτερίδας. χελιδόνες διὰ τὰς σίλφας σέλινον ἐντιθέασι· φάτται δάφνην, κιρκοὶ &c.

Ibid. κίρκος πικρίδα] Ita Noſter cum Æliano. Zoroaſter in Geoponic. loc. citat. κιρκοὶ ἀγρίαν θριδακίνην. De lactuca accepit vocem, non de cichoreo: Scis, πικρίδα de utroque genere dici. Eum ſi ſequamur, ut ſequi poſſumus ſane in his tritum, Interpres Æliani perperam vertit *cichorium ſylveſtre*, & vertendum eſt *lactucam ſylveſtrem.*

74. Πέρδιξ καλάμου, κίχλα μυρσίνης κόμην] Ælianus etiam καλάμου κόμην. Zoroaſter loco citato, κίχλα μυρσίνην, πέρδιξ καλάμου φόβην. Ubi ſcribendum eſt καλάμου κόρσην. κόρση & caput & crinis: Utroque ſenſu καλάμου κόρσην appoſitiſſimum eſt. Quæ alii Viri Eruditi ibi comminiſcuntur, non probo. Pro Πέρδιξ καλάμου Bersmannus & Camerarius Πέρδιξ δὲ καλάμου.

75. Ἀγρωστιν ἔποψ] Hoc, & quæ duobus Verſibus ſequentibus dicuntur, multum diſtant ab Ælianeis Libro 1. Cap. 35. Unde diſſidium illud? An alios Auctores de his conſuluit Philes? Vix puto, ubi Ælianum religioſe ſequi ſolet, & in aliis ſequitur hoc ipſo loco. An Libri igitur variarunt, & quæ hic ſcribit Auctor, in Suis invenit, indeque excerpſit? Id longe probabilius eſt, & ego verum arbitror. Pro ἄγρω-

Φύλλα δρυὸς κόρυδος, ἴκτινος θρύον,
Ράμνον κορώνη, κίρκος ἀνθοῦντα κρόκον,
Ἄγνον κόραξ ἔγκαρπον, ἡ τρυγὼν ἴριν.
Λίνον δὲ ταὼς τοῖς πτεροῖς βύσας φέρει.
Ἄρπη δὲ κιττὸν, καὶ πελαργὸς πλάτανον·
Ὧι μᾶλλόν ἐστι δυσμενὴς ὁ νυκτάλωψ.
Καὶ γὰρ ἐν ᾠοῖς τὴν σποράν πεπηγμένην,
Ποιεῖ διαῤῥεῖν, κἂν πτεροῖς ἄκροις θίγοι·
Ἡ πλάτανος δὲ τὴν φιλέσπερον πάλιν,
Εἴργει πρὸ καιροῦ προσπελάζειν τοῖς τόκοις·
Ναρκᾷ γὰρ εὐθὺς ἐμπεσοῦσα τῷ κλάδῳ.
Φθορᾶς δὲ τηρεῖ τὰς γονὰς ὑπερτέρας,

Εἰς

ἄγρωστιν ἔποψ, Ælianus, οἱ δὲ ἔποπες τὸ ἀδίαντον, ὅπερ οὖν καὶ καλλίτριχον καλοῦσί τινες. Zoroaster, ἔποπες ἀμίαντον. Quod depravatum videtur mihi: Nam herbam ita dictam non novi, & Alii etiam non norunt, credo: De lapide autem istius nominis, qui in Cypro reperiebatur, quis eum locutum putet? Scribendum ex Æliano, ἔποπες ἀδίαντον. Quod vulgo notissimum, & Zoroastri haud dubie. Præcedens Ερωδιὸς καρκίνον extat quoque apud eum.

76. Φύλλα δρυὸς κόρυδος] Aliter Ælianus, cum quo consentit Zoroaster.

77. Ράμνον κορώνη] Ælianus, Αριστερεῶνα δὲ κορώνη. Quod corruptum est: Recte corrigunt περιστερεῶνα. Zoroaster, κορῶναι περιστερεῶνα τὸν ὕπτιον. Et sic in Arte se magistrum probat. ὕπτιος ille dictus etiam ἱερὰ βοτάνη, quia in expiationibus pro amuleto erat: Vide Dioscoridem Lib. 4. Cap. 61.

Ibid. Κίρκος ἀνθοῦντα κρόκον] Hoc apud Ælianum in Libris Nostris hodie non extat, nec ita relictum puto ab ipso Phile: Nam κίρκος πιχρίδα jam præcessit, & nimis insulsa est repetitio. Quare pro κίρκος olim κόσσυφος, κερκὰς, aut simile quippiam

Gramen upupa, galerita frondes querneas,
Ulvamque milvus, rhamnulum cornix, crocum
Circus virentem, viticem ales Apollinis,
Irimque turtur: faſcinum radicula
Lini ſub alis pavo geſtata cavet;
Sertis Jacchi harpa, platano ciconia.
Quam gravius oppugnare veſpertilio
Solet, quod intus ova ſeminis gerunt,
Nocente pennarum trucidans verbere.
Sed platanus arcet appropinquantis minas,
Torpore colliſum retundens impetum.
In nidum aquila aëtite congeſto, ſuis

Omnes

piam ſcriptum fuiſſe auguror.

78. Ἄγνον κόραξ ἔγκαρπον, ἡ τρυγὼν ἶριν] Ita rectius hic, quam apud Ælianum nunc, αἶγε μὴν τρυγόνες τὸν τῆς ἴριος καρπὸν, ἄγνον δὲ κόρακες. Nam fructum non fert Iris, ſed florem. An Ælianus, ſi ita ſcripſit, ἄνθος forte vocavit καρπὸν? Vix puto: Nam καταχρήσις eſt nimia. An erravit igitur vel errantem deſcripſit? Dubito, & quidem obſtinatius paululum, quia de Iride res eſt nimis nota. Quamobrem ego credere malo, locum eſſe corruptum, & ipſum Ælianum ſcripſiſſe forſan manu ſua, αἶγε μὴν τρυγόνες τὸ τῆς ἴριος καυλὸν. Id enim e proximo petitum & bonum. Aliud in ſuis Membranis reperire potuit Philes, ſi verum eſt, quod de Librorum diſcrepantia ſuſpicor: Attende modo ad illud ἔγκαρπον, cum voce ἄγνον copulatum. Zoroaſter, ut vulgo eſt apud Ælianum, ſimpliciter etiam κόρακες ἄγνον.

80. Καὶ πελαργὸς πλάτανον] Bersmannus & Camerarius, καὶ πελαργὸς δὲ πλάτανον.

81. Ο νυκτάλωψ] Margo Libri Anglicani, ἡ νυκτάλωψ: Perbene: Nam νυκτερίς fœmininum eſt, & τὴν φιλέσπερον ſequitur.

84. Η πλάτανος δὲ τὴν &c.] Bersman-

Εἰς τὴν καλιὰν αἐτὸς κρύψας λίθον,
Ὡς ἡ χελιδὼν τȣ̃ σελίνȣ τὴν κόμην.
Ἐξάψασα δὲ τȣ̃ τραχήλȣ τὸν λίθον,
Κύȣσα γυνὴ, κερδανεῖ ζῶν τὸ βρέφος.
Μυῖαν δὲ λαβὼν ἐκ ῥοῆς πεπνιγμένην,
Καὶ τέφραν αὐτῆς ἐκ πυρᾶς ὑπερχέας,
Τὸν νεκρὸν ὑπόβαλλψον αὐγαῖς ἡλίȣ·
Καὶ γὰρ ἀναζῇ, καὶ τροφαῖς ἐπιτρέχει.

ΠΕΡΙ ΦΡΥΝΗΣ.

Φρύνην δέ τις, κράτιςε, τὸ ζῶον βλέπων,
Κἂν ἡ φύσις ἔγραψεν αὐτὸν ὡς ῥόδον,
Καθάπερ ἀλγῶν ὠχριᾷ πλεῖν ἰκτέρȣ.

Χα-

mannus & Camerarius, Η δὲ πλάτανός γε τὴν &c.

88. Εἰς τὴν καλιὰν αἐτὸς κρύψας λίθον] Ita Ælianus, ita Alii: Unus Zoroaſter in Geoponicis, ἀετὸς καλλίτριχον: Quod ego non aſſequor. ἀδίαντον apud eum repoſuimus paulo ante: Iſta herba etiam καλλίτριχος dicta, ut Ælianus monet, & nemo neſcit. An Zoroaſter herbam ἀμίαντον novit, quam hodie novit nemo, & καλλίτριχον dixit, quod ἀδίαντον dicitur vulgo? Haud puto, & multa obſtant, ne ita ſentiam. Alii videant: Ego hic hæreo: Niſi forte ſcribendum ſit, ἀετὸς κάλλιμον. Lapides Aëtitæ plures: Inter eos unus, qui in alvo naſcitur alterius lapidis, dictus Callimus. Conſule Plinium Lib. 36. Cap. 21. Hiſtor. Natural. Ut in rebus naturalibus & Magicis doctior videretur Zoroaſter, unum illum ſibi ſumſit ſpeciatim, & commendavit Lectori ſuo: Similiter πικρίδα ad θριδακίνην, & περιστερεῶνα ad τὸν ὕπνον reſtrinxerat. Sentisne? Ita ſolent illi. Ex κάλλιμον autem compendiarie ſcripto facile oriri potuit καλλίτριχον. Sane hoc mihi non diſplicet. Quæ Salmaſius ad locum

Omnes propulſat noxias a liberis,
Sicut apii comis hirundo ſalubribus.
Quod ſi qua collo gravida lapidem illum gerat,
Vitam ſibi lucratur, atque fœtui.
Aquis necatam, cinere ſi conſperſeris
Muſcam, reductam Tartari voragine
Ad pabulum redire facies, ignibus
Hanc Solis ubi calefaciendo foveris.

31. DE RUBETA.

Quod ſi rubetam, Rex, ſuo quis acrius
Aſpectet obtutu, venuſtatis decus
Colore mutat pallido plus ictero.

Cha-

cum Plinii ſcribit de Callaino & calamo, non moror: Ea de re alias plura. Ipſe ille Callimus ab inſigni præſtantia, quam locus Zoroaſtris ſubindicat, habere potuit nomen: Nam κάλλιμος, ὁ κάλλιστος. Pro ἀΐδος Bersmanni Editio ἀιστὸς.

90. Ἐξάψασα δὲ τοῦ τραχήλου τὸν λίθον] Bersmannus & Camerarius, Ἐὰν δέ τ' ἐξάψῃ τραχήλου τὸν λίθον.

92. Μυῖαν δὲ λαβὼν ἐκ ῥοῆς &c.] Quid hæc ad præcedentia? Mirum, quod Naſutuli hic iterum non inchoaverint novum Caput. Bersmannus & Camerarius, Μυῖαν λαβὼν δέ τ' ἐκ ῥοῆς &c.

94. Τὸν νεκρὸν ὑπόθαλψον &c.] Bersmannus & Camerarius, Τὸν νεκρὸν αὐγαῖσιν ὑπόθαλψον ἡλίου. Sunt hæc petita ex Æliani Lib. 2. Cap. 29.

ΠΕΡΙ ΦΡΥΝΗΣ] Liber Anglicanus, Περὶ φρύνης καὶ χαραδρίου: Rectius & diſtinctius: Nam in Avibus adhuc ſumus, & propter ipſum Charadrium hæc de Rana Rubeta narrantur hic. Junge Ælianum Lib. 17. Cap. 12. 13. & 15.

2. Ἡ φύσις ἔγραψεν] Editio Bersmanni, ἡ φύσις γ' ἔγραψεν.

3. Πλεῖν ἐκπίειν] Liber Anglicanus,

Χαραδριῷ δὲ τῷ γαληνῷ προσβλέπων,
Αὖθις νεουργεῖ τοῦ προσώπου τὴν θέαν.
Ἐκτρίβεται γὰρ τῆς βαφῆς ἡ πυκνότης,
Ὡς τοῦ νόθου φθίνοντος ἠρέμα χρόου.
Οὕτοιν δὲ δυοῖν τῇ φρύνῃ τοῖν ἡπάτοιν,
Τὸ μὲν φθορὰν ἤνεγκε τοῖς γεγευμένοις,
Τὸ δὲ ξένον φάρμακον αὐτοῖς εὑρέθη.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΡΝΙΘΟΣ ΤΟΥ ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΥ ΔΙΚΑΙΡΟΥ.

Γένος τί φασιν ὀρνέων βραχυλάτων
Εἶναι παρ' Ἰνδοῖς· μεῖζον οὐκ ἄν τις λέγοι
Πέρδικος ὠοῦ, οὐδ' ἔλαττον αὖ πάλιν·
Καὶ οἱ τὸ χρῶμα οἷάπερ σανδαράκη,

Ev

nus, πλὴν ἰκτέρου: Corrupte & perperam. πλεῖν Attice ſcriptum pro πλέον, ut Verſus eſſet Dodecaſyllabus.

4. Χαραδριῷ δὲ τῷ γαληνῷ προσβλέπων] Quid hoc, ubi apud Ælianum legimus diſerte, ἣν γοῦν ὑπαναπλησθεὶς τὸ σῶμα ἰκτέρου τις, εἶτά οἱ δριμὺ ἐνορᾷ· ὁ δὲ ἀντιβλέπει καὶ μάλα τι ἀτρέπτως, ὥσπερ οὖν ἀντιθυμούμενος, ἡ τοιαύτη ἀνάβλεψις ἰᾶται τοῦ προειρημένου πάθους τὸν ἄνθρωπον? Ne multis te morer, pro γαληνῷ cum litera parva ſcribendum eſt Γαληνῷ cum litera majuſcula: *Charadrium medicum aſpiciens.* Quia Charadrius Ictericis medetur, eum Galenum & medicum appellat: Sic alibi etiam Noſter.

5. Τοῦ προσώπου τὴν θέαν] Liber Oxonienſis, τοῦ προσώπου τὴν χρόαν: quod

Charadrium sed irretortis vultibus
Mox intuens, ad pristinum redit decus,
Pallore desinente tincturæ, velut
Adulterini deperit croci rubor.
Gemino rubeta cum jecore sit prædita;
Horum comestum mox neci dat alterum,
Affert salutem huic repugnans alterum.

32. DE AVE DICTA DICÆRO.

Genus quoddam aiunt avium minimarum
Esse apud Indos: majus ne quis dixerit
Perdicis ovo, neque minus e diverso.
Et illi color, qualis sandaraca,

In

quod non deterius.

6. Ἐκτρίβεται τοῦ &c.] Bersmannus & Camerarius, Παρατρίβεται τοῦ &c.

8. Ὄντοιν δὲ δυοῖν τῇ &c.] Bersmannus & Camerarius, Ὄντοιν δυοῖν δὲ τῇ &c.

10. Τὸ δὲ ξένον φάρμακον &c.] Bersmannus & Camerarius, Αὐτοῖς ξένον δὲ φάρμακον τόδ' εὑρέθη.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΡΝΙΘΟΣ &c.] Hoc integrum Caput ex Libro Oxoniensi apponimus: Ejus Auctor non fuit Philes, sed alius Recentior, & quidem ille ipse, cujus sunt superiora de Gryphe. Attende modo: nihil evidentius. Desumta autem sunt hæcce ex Æliani Lib. 4. Cap. 41. eaque primus narraverat Ctesias in Indicis, ut apparet ex Photii Excerptis.

Ἐν τοῖς πάγοις δὲ τοῖς ὑπερτέροις λίαν,
Καὶ ταῖς γε πέτραις, ἃς καλοῦσι λισσάδας,
Φιλεῖ νεοττοῖς τὰς καλιὰς ἐμπλέκειν·
Δίκαιρον Ἰνδοὺς αὐτό φασι καλέειν,
Ἕλληνας αὖθις, ὡς ἔγωγ' ἐπυθόμην,
Δίκαιον αὐδᾶν τῇ γε οἰκείᾳ φράσει.
Τούτου τὸ ἀφόδευμα ὅστις ἂν λάβῃ
Ἅπαξ, βασιλεῦ, ὅσσον ἂν κέγχρου βάρος,
Πόσεσσι λυθὲν τεχνήεντως ἢ δέον,
Οὐκ εἰς μακρὰν τέθνηκεν αὐτὸς ἡδέως.
Τῷ καὶ φιλοῦσι καὶ σέβονται ἐκτόπως
Ἰνδῶν ἄνακτες, εὐγενεῖς καὶ σατράπαι
Περσῶν τε Μήδων θ', ὡς κακῶν ἀνιάτων
Πεφυκὸς ἀντίπαλον οἰκτίστου βίου.
Εἰ γὰρ ἀνάγκη τῷ θανεῖν τούτων βίᾳ,
Εὖγ' ἀπολύει τοῦ βίου ἄνευ λύπης.
Τῷ καὶ τιν' ἄλλον οὐκ ἔνεστι κατέχειν,

Εἰ

13. Τεχνήεντως] Ita scripsimus pro τεχνήεντως, quod in Libro MS. extat: Notissimus est Amanuensium error.

16. Εὐγενεῖς καὶ σατράπαι Περσῶν τε Μήδων θ'] In his divertit Auctor ab Æliano, qui in India regem & potentiores, in Perside vero regem aviculæ stercus possedisse narrat solum: An forte error hic scripturæ,

&

In collibus vero excelsis admodum,
Et petris quidem, quas vocant læves,
Amat pullis nidos contexere.
Dicærum Indos id perhibent vocare,
Græcos rursus, ut ego audivi,
Dicæum appellare domestica dictione.
Hujus stercus quicunque acceperit
Semel, o Rex, quantum est milii pondus,
Potione dissolutum solerter ut oportet,
Non diu post moritur ille suaviter.
Quare et amant et venerantur mirum in modum
Indorum reges illud, nobiles & Satrapæ (bilium
Persarumque Medorumque, ut malorum insana-
Vitæ miserrimæ natura adversarium.
Si enim necessitas alicui horum mori violenter,
Pulchre discedit e vita sine dolore.
Quare & quendam alium non licet habere,

Nisi

& legendum, Ἰνδῶν ἄνακτες εὐγενεῖς & σατράπαι, Περσῶν τε μήδων, ὡς κακῶν &c? *Reges & Satrapæ nobiles Indorum, Persarumque Rex.* Vide & judica, Lector.

19. Τῷ θανεῖν τούτων βίᾳ] Ita Liber MS. levi errore: Legendum enim est, τῳ θανεῖν τούτων βίᾳ, mutato accentu: τῳ τούτων est τινὶ τούτων, quod in Versione expressimus.

22.

Εἰ μὴ βασιλεῖς, τοῦτο γ' ἐν κειμηλίοις,
Ὅπως ὅταν δεῖ, ἄνγε βούλωνται ῥᾷον
Ταύτης λυθῆναι τῆς βίου συμφυΐας,
Ἔχωσιν αὐτὸ ὡς ὕπουργον τοῦ πάθους.

ΠΕΡΙ ΛΕΟΝΤΟΣ.

Θηρῶν βασιλεὺς ὁ θρασὺς ἄναξ λέων,
Ὧι τὴν φυσικὴν μαρτυρεῖ μοναρχίαν,
Καὶ στέρνα, καὶ γόνατα, καὶ σφυρῶν βάσεις,
Καὶ βλέμμα, καὶ θρὶξ, καὶ κατάφρακτον στόμα,
Ῥώμη τε πλευρῶν, καὶ βεβηκὸς ἰσχίον,
Καὶ νεῦρα πυκνὰ, καὶ ποδῶν μέγας ὄνυξ,
Καὶ βῆμα, καὶ σκίρτημα, καὶ δρόμου τάχος.
Αὐχὴν δὲ παγεὶς ἐξ ἀνάρθρων ὀστέων,

Πρὸς

22. Εἰ μὴ βασιλεῖς] Liber MS. βασιλεὺς, quod aperte vitiosum est. Hæc autem præcedentibus obstant: Nam ibi præter Persarum & Indorum Reges, etiam commemorantur Satrap[illegible] Dicæri [illegible] D[illegible]

hæc ab Auctore duobus modis concepta fuit: Unum exhibent Versus 15 & quinque sequentes, alterum Versus 21 & sequentes quatuor, quorum caput utrinque est Τῷ: Eos [illegible]tem cum [illegible]istinxisset ille, postea [illegible]t junctim, in[illegible]e c[illegible] & geminatio. [illegible]erissimum esse

[illegible]ταῦς] Post Caput hoc

Nisi reges, hoc quidem in thesauris,
Ut quando opus est, si velint facilius
Solvi ex hoc vitæ vinculo,
Habeant id tanquam ministrum rei.

33. DE LEONE.

Regi ferarum, belluarum traditum
Regnum leoni, o Imperator, arguit
Pectusque, genuaque, tibiarumque statio,
Et vultus, & pilus, cataphractariumque
Os, cumque latere firmitas coxendicis,
Spissique nervi, atque unguium arma, & dignitas
Gressus, simulque saltus, ac cursus celer.
Non vertebrarum jungitur compagibus

hoc de Dicæro sequitur in Libro Oxoniensi, Τέλος τῶν ὀρνίθων, eique literis uncialibus Titulus subjicitur novus, Περὶ τῶν ζώων τῶν χερσαίων. Diximus Supra ad principium Libelli, & hic repetimus loco suo.

ΠΕΡΙ ΛΕΟΝΤΟΣ] Ælianus Lib. 4. Cap. 34.

1. Θηρῶν βασιλεὺς ὁ θρασὺς ἄναξ λέων] Distinguendum est, Θηρῶν βασιλεὺς ὁ θρασὺς, ἄναξ, λέων: Nam ἄναξ est vocativi loco. Bersmannus & Camerarius inter Θηρῶν & βασιλεὺς interposuerunt δὲ.

2. Ὡς τὴν φυσικὴν &c.] Bersmannus & Camerarius, Ὡς τήν τε φύσεως &c.

3. Καὶ σφυρῶν βάσεις] *Et malleolorum fulcra:* Malleoli firmi; plantæ pedum stabiles.

8. Αὐχὴν δὲ παγεὶς ἐξ &c.] Bersmannus & Camerarius, Αὐχὴν παγεὶς δέ τ' ἐξ &c.

Πρὸς τὰς ἀγωγὰς τῶν σκελῶν ἐ κάμπ]εlαι.
Συνέλκεται γὰρ τῇ στροφῇ τῶν ἁλμάτων,
Εἰ κατὰ θηρῶν γαυριῶν ἐπιτρέχει.
Καὶ κοῖλον ὀστοῦν οὐκ ἔχει τὸ θηρίον.
Ροφεῖ δὲ νεβρὸν εὐχερῶς ὅλον βρύχον·
Αδδηφάγον γάρ ἐστι, κἂν ἧττον πίνοι·
Καὶ θυμοειδὲς, εἰ λιμός ποτε θλίβοι.
Εθὰς δὲ μικροῦ τοῖς παροῦσιν εὑρέθη,
Τροφῆς κορεσθεὶς δαψιλῶς ὁ γεννάδας.
Οταν δὲ γηρᾷ, καὶ τροφῆς χρείαν ἔχοι,
Επεὶ τὸ θαῤῥεῖν εἰς τὸ θηρᾶν οὐκ ἔχει,
Φοιτᾷ πρὸς ἀγροὺς, καὶ νομαῖς ἐναυλίοις,

ΠΕ-

11. Εἰ κατὰ θηρῶν γαυριῶν &c.] Bersmannus & Camerarius, Θηρῶν ὅπερ κατὰ γαυριῶν ἐπιτρέχει.

13. Βρύχον] Ita etiam Ælianus. Sed pro βρύχον legere malim βρύκον. βρύκειν eſt dentibus frendere: Heſychius, Βρύκων, συνερείδων τοὺς ὀδόντας μετὰ ψόφου. Suidas, Βρύκουσα. τοὺς ὀδόντας τρύζουσα. Hoc faciunt, qui avidius vorant, & ideo βρύκειν ſumtum pro λάβρως ἐσθίειν: Heſychius, Βρύκειν, λάβρως ἐσθίειν· ἀπὸ τοῦ τρύζειν τοὺς ὀδόντας· οἱ δὲ μασᾶσθαι. Euſtathius, Βρύκειν, τὸ τραχέως, καὶ μετὰ ἤχου ποιοῦ ἐσθίειν. Suidas ex Comici Enarratoribus ad Aves, Βρύκουσα: ἐσθίουσα, δάκνουσα· παρὰ τὴν βορὰν, οἱονεὶ βορύκουσα. Ineptum eſt Etymon, & dignum Grammaticorum acumine. Hinc βρυκίδαρος pro homine vorace: Heſychius, Βρυκίδαρος, πολυφάγος, οἱ δὲ μακρός. Quin poſterius illud corruptum ſit, nullus ego dubito: Legendum, vel μάργος, vel πικρὸς, ut hoc ad dentium ſtridorem, illud ad voracitatem ſeſe referat. Plura alias. βρύχειν etiam ſignificat dentibus frendere, ſed nullibi, quantum ego ſcio, uſurpatum pro avide comedere: Quare ex uſu Linguæ di-

Cervix, tenus crurum osse producta solido:
Simulque tracta, saltuum conamina
Juvat, feris quoties superbus insilit.
Nec fistularum more concavum os gerit.
Deglutit autem devorans totum hinnulum:
Barathrum macelli, potioni temperans:
Itaque fervet, cum premunt jejunia.
Quæ carne postquam copiosa depulit,
Mansuetiorem se exhibet præsentibus.
Quod si gravem annis occupat pænuria,
Non amplius feris sequendis strenuus,
Caulas oberrat, & famescens pascua.

DE

distinguenda sunt ista. Locum igitur hunc mutata litera vertas, *Deglutit vero hinnulum facile totum, cum avide vorat.* Et ita etiam βρύχων scribe & accipe apud Ælianum: quod ibi magis adhuc necesse, quia loquitur de Leone, qui omnium voracissimus μέλη καταπίνει ὅλα: Nam sic dentium sono locus est nullus, quia ea, quæ deglutiuntur integra, non comminuuntur certe dentibus: Hoc apertum est. Qui βρύχων hic *rugiens* exponunt, pessime βρύχειν & βρυχᾶσθαι confundunt, quæ utique diversa sunt, & accurate separari debent. Pro νεβρὸν in hoc Versu Liber Anglicanus νευρὸν: Frequens est Amanuensium error, ut nemo Eruditorum nescit: Quare in Hesychii loco pro λαύρως ἐσθίειν malui hac ipsa Notula λάβρως ἐσθίειν cum Viro docto.

20. Καὶ νομαῖς ἐπαυλίοις] Vitium manifestum, & quod ipsi Tyrones sibi deprehendant statim. Ad Marginem Libri Anglicani bifariam correctum est, ἢ νομεῦσιν αὐλίοις, & ἢ νομὰς ἐπαυλίους: Quorum prius ineptum est & pravum, quia Leo proprie non inhiat pastoribus, sed gregi, posterius aptum & bonum, quia Leoni escam tribuit suam. *Accedit ad*

ΠΕΡΙ ΛΕΑΙΝΗΣ.

Λέαινα δὲ, κράτιστε, πεντάκις κύει.
Καὶ πέντε μὲν τὸ πρῶτον, εἶτα δὶς δύο,
Καὶ τρεῖς ἐφεξῆς, τῷ τετάρτῳ δ᾽ αὖ δύο,
Καὶ σκύμνον ἁπλοῦν εἰς τὸ πέμπτον ἐξάγει.
Καὶ τίθεται κλεὶς τῆς γονῆς ταῖς ἐξόδοις,
Τῆς φύσεως τὸν ἔκτον εἰργούσης τόκον.
Δυοῖν δὲ μηνῶν τὰ βρέφη προέρχεται,
Σκύλαξι τυφλοῖς ἐμφερῆ ϗ μετρίως,
Καὶ λευκὸν ἐμπίπτοντα μαστεύει γάλα·
Δυοῖν δὲ μηνῶν, ϗ βαδίζει, ϗ τρέχει,
Καὶ τὴν φυσικὴν ἀρετὴν προδεικνύει.

ΠΕΡΙ ΝΑΡΚΗΣ ΚΑΙ ΕΤΕΡΩΝ ΤΙΝΩΝ ΠΕΡΙ ΤΕ ΤΩΝ ΛΕΟΝΤΩΝ ΕΤΙ ΠΛΕΙΩ.

Ναρ-

ad pascua, & pastus in stabulis.

ΠΕΡΙ ΛΕΑΙΝΗΣ] Ælianus eodem Cap. 34. Lib. 4.

5. Καὶ τίθει) κλεὶς &c.] Bersmannus & Camerarius Εἶτα τίθεται κλεὶς &c.

6. Τῆς φύσεως τ &c.] Bersmannus & Camerarius, Τῆς γε φύσεως τ &c.

7. Δυοῖν δὲ μηνῶν &c.] *Post duos vero menses catuli in lucem prodeunt.* Ælianus, κύει δὲ ἀνὰ μηνῶν δύο. Interpres pessime.

8. Σκύλαξι τυφλοῖς ἐμφερῆ καὶ μετρίως] Corruptum est μιλρίως: Liber Anglicanus pro eo μετρίοις: quod rectum est; quanquam ego fere malim, Σκύλαξι τυφλοῖς ἐμφερῆ, ϗ μετρία. Ælianus, οἱ δὲ σκύμνοι ἀρτιγενεῖς μικροί τέ εἰσι ϗ τυφλοὶ κατὰ τὰ σκυλάκια.

9. Εμ-

34. DE LEÆNA.

Utero leæna quinquies enititur,
Quinosque primum, quattuor deinde catulos:
Ternisque posthac, inde binis fœtibus
Augetur; at quintum unico solummodo:
Sextumque natura inchoante leunculum,
Egressui fœtus repagulum obditur.
Duobus a partu creatos mensibus
Ire videas, catulis canum simillimos
Cæcisque, parvulisque, & indagare lac.
Mensesque currunt post duos, & ambulant,
Virtutis edito specimine & roboris.

35. DE TORPEDINE ET ALIIS QUIBUSDAM ITEMQUE DE LEONIBUS PLURA.

Ut

9. Εμπίπτοντα] In matrem scilicet. Graphice exprimit, quod sæpe videmus: Catuli enim ubera quærentes, in matrem quasi irruunt, inprimis si cæcutiant.

11. Καὶ τὴν φυσικὴν &c.] Bersmannus & Camerarius, Τότε τ' ἰσχὺν, ἀρετήν τε φυσικὴν προδεικνύει.

pentibus, & leporibus data eſt, qui ideo dormire & vigilare videntur ſimul: Aperta enim chlamyde in ſomno, tunica, veluti dioptra & conſpicillum, pupulis prætenditur. διόπτρας non eſt caſus quartus in numero plurium, ſed caſus ſecundus in numero ſingulo, & ad χιτῶνος ἀπαλωτέρου referri debet, non ad τὰς κόρας. Nihil nunc apertius & accommodatius. Hoc Caput autem non ſumſit Philes ex Æliano, ſed ex alio Auctore, neſcio quo. Vide tamen Ælianum Lib. 13. Cap. 13. & Lib. 2. Cap. 12. Berſmannus pro ὀκπίτηρι peſſime ſcripſit ἐπιπετάται, quod peſſimum illud *circumtegit* excluſit, & ineptiis viam ſtruxit: Fallor, aut bonus Diſcipulus in eo ſecutus eſt bonum Magiſtrum. Pro χλαμὺς in Editione Arſenii eſt χλαινὺς: quod recte ita interpolatum a Berſmanno. Liber Anglicanus χλαινὶς habet: Non male etiam.

ΠΕΡΙ ΠΤΩΚΩΝ] Ælianus Lib. 2. Cap. 12.

3. Ἄλλως δ' κατέχουσιν &c.] Berſmannus & Camerarius, Ἄλλως δέ τι κατέχουσιν &c.

5. Καὶ πρὶν ἐπιλθεῖν &c.] Berſmannus & Camerarius, Καὶ πρὶν δ' ἐπιλθεῖν &c.

6. Αλ-

Ἄλλως πάλιν κύουσιν ἐξ ἄλλου σπόρου;

ΠΕΡΙ ΧΑΜΑΙΛΕΟΝΤΟΣ.

Χαμαιλέων, κράτιστε, τὸν χρῶτα τρέπει·
Σαῦρος γὰρ ὢν ἄντικρυς οὐκ ἔχει τρίχας,
Καὶ νῦν μὲν ὠχρὸς, νῦν δὲ φαιὸς γίγνεται,
Εἶτα πελιδνὸς, εἶτα κιῤῥὸς εἰς βάθος.
Καὶ νῦν ἐρυθρὸς, καὶ παραυτίκα μέλας,
Καὶ στικτὸς ἂν γένοιτο δορκάδος δίκην.
Καὶ ξανθὸς ἂν φαίνοιτο καθάπερ λέων.
Οὕτω δὲ τοῦ σώματος ἀλλοιουμένου,
Τὸ λευκὸν ἠγνόησεν ἡ φύσις μόνον.

Στερ-

6. Ἄλλως πάλιν κύουσιν ἐξ ἄλλου σπόρου;] Interrog itio fine refponfione, & quidem a πόθεν incipiens: Quod in his certe miror, inprimis ubi interrogatio cum refponfione præceffit. An forte vitium delitefcit, & Verfu primo legendum eft, vel Πάλιν τὸ αὐτὸν οἱ ταχεῖς πλῶντες χρόνον, vel Ποσιν τὸ αὐτὸν οἱ ταχεῖς πτῶκες χρόνον? De lepore locutus fuerat antea Auctor: Et fic Πάλιν convenit. Alterum ταχεῖς ποσιν perfpicuum eft per fe. Vide & judica, Lector. In Opificio Mundi ita plane Pifides loqui folet, ut hæc leguntur vulgo.

ΠΕΡΙ ΧΑΜΑΙΛΕΟΝΤΟΣ] Ælianus Lib. 2. Cap. 14. & Lib. 4. Cap. 33.

3. Καὶ νῦν μὲν ὠχρὸς, νῦν δὲ φαιὸς γίγνεται] *Et nunc quidem pallidus, nunc vero fufcus fit.* Inepte Berfmannus, *Et nunc videndus luteus, poſt viſitur clarus.* Tyrones fciunt. Pro γίγνεται Liber Anglicanus γίνεται.

7. Καὶ ξανθὸς ἂν φαίνοιτο &c.] Bersmannus & Camerarius, Καὶ ξανθὸς ἂν φαίνοιθ' ὅδε καθάπερ λέων.

8. Οὕτω δὲ τοῦ σώματος &c.] Bersmannus & Camerarius, Οὕτω δὲ σώμα-

Novo gravescit alvus aucta pondere.

59. DE CHAMÆLEONTE.

Chamæleon, o Rex, colorem mutat, &
Æquans lacertam propalam, pilis caret:
Et nunc videndus luteus, post visitur
Clarus, deinde lividus, mox gilvus est
Summe, ruberque rursus, & rursus niger,
Maculisque pictus capreæ instar cernitur,
Quandoque flavus ut leo videbitur.
Tot induens autem colorum imagines,
Referre nescit candidum solummodo.

Li-

ματος τοῦ ἀλλοιουμένου. Egregie.

9. Τὸ λευκὸν ἠγνόησεν ἡ φύσις μόνον] Ex his apparet, apud Ælianum Scribarum incuria peccatum esse, & pro eo, quod nunc legitur in Libris Nostris, εἰ γὰρ παρατύχοις μέλανι τὸ εἶδος, ὅδε ἐξέτρεψε τὸ μόρφωμα εἰς χλωρότητα, ὥσπερ ἂν μεταμφιασάμενος· εἶτα μέντοι ἀλλοῖος ἐφάνη λευκότητα ὑποδύς, in suis legisse Philen, εἶτα μέντοι ἀλλοῖος ἐφάνη γλαυκότητα ὑποδύς. Album colorem omnes uno ore Chamæleonti negant. Et hoc mutassent Editores Æliani, melius sic consuluissent sibi, quam nunc illa sequentia, ἐπεὶ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, φαίη τις ἂν καὶ τὴν φύσιν μὴ καθέψουσαν, μηδ' ἐπιχειροῦσαν φαρμάκοις, ὥσπερ ἢ Μήδειάν τινα ἢ Κίρκην, καὶ μέντοι καὶ ἐκείνην φαρμακίδα εἶναι, tentantes frustra. Nam istud καθέψουσαν respicit artem coquendi, quam profitebantur Veneficæ, & qua sciens prudensque in Pelia, ut nemo nescit, abusa est Medea. Nihil certius, nihil apertum magis. Facessat, facessat igitur illud καταψῶσαν vel καταψήσασαν, quod ab Interprete Latino mutuarunt minus attenti, & Æliano obtrudere voluerunt invito.

10.

Στεῤῥὸν δὲ τῷ στόμαλι κατέχων ξύλον,
Οφεις λυπεῖ σφύζοντας αὐτὸν ἐσθίειν·
Καὶ γὰρ ἑαυτὸν εὐφυῶς ἐπιστρέφων,
Μάτην περιχαίνοντας αὐτοὺς δεικνύει.
Κἂν τις δυνηθεὶς τὴν φορίνην ἐνδάκοι,
Πῶς τοῦτο δεινὸν τῷ τὸ κάρφος ἡρμένῳ;
Καὶ γὰρ στεγανὴν ἐνδιδύσκεται σκέπην,
Καὶ τῶν πονηρῶν ἐξελέγχει τὸ θράσος,
Τοῦ ζῆν σοφιστὴς εὐμαθὴς ὢν αὐτόθεν.

ΠΕ-

10. Τῷ στόμαλι κατέχων ξύλον] Bersmannus & Camerarius, τῷ στόματι παρακατέχων ξύλον.

14. Τὴν φορίνην] Φορίνη proprie pellis porcina: Labbæi Glossæ, *Tergilla sive tergillum*, φορίνη, χοίρου δέρμα. Similiter Pollux in Onomastico. Inde transfertur ad alia, & ipsa pellis humana ita dicitur. Harpocration & Suidas in V. Aliud est φορίνη apud Athenæum in dicterio illo Phrynes, συνδειπνοῦσα ποτὲ Γρύλλωνι, ἄρασα φορίνην, λάβε, εἶπε, καὶ κατάτραγε. Nam id non obscure constat ex ἄρασα, quod majus aliquid requirit, quam cutis porcinæ frustula, de quibus Viri Eruditi cum Leopardo ista accipiunt vulgo. Dalecampius per φορίνην intelligit fasciculum florum & ramulorum suaveolentium: Sed id commentum est hominis, nullo fundamento subnixum, & plane etiam a Scommatis indole abludit. Hirci enim non delectantur florum fasciculis, & nihil in illis hircinum. Visne suspicionem? Apud Arcadium Grammaticum φορειά exponitur βόρβορος: Idem sine dubio φορὸν: Nam inde φορύνω & φορυτός. A φορὸς autem φορίνη pro vase, in quod sordes conjiciuntur & quisquiliæ. Tale igitur vas cum vidisset Phryne cum hircum olente accubitura, id commode sustulit, eique porrigens dixit, λάβε καὶ κατάτραγε, *Hoc sume, & ede*, non ipsam φορίνην, sed quæ in φορίνῃ erant, quisquilias scilicet & putamina, a quibus non abhorrent hirci. Sentisne? Nihil mordacius: Ideoque κατάτραγε pro ἐσθίε dixit mulier lasciva: Id enim

ad

Lignum ore forte continens, ſic impetum
Eludit incumbentium ſibi anguium.
Verſans ſub illo namque ſeſe callide,
Eludit anguis inhiantis impetum:
Quod relliquam morſu licet pellem appetat,
Nil promovet, feſtuca ſi tegat caput,
Quod tegminis præſtet vicem pellis tenor:
Nempe improborum audaciam nobis notat,
Vitæ magiſter ille non incallidus.

60.

ad hircum & γράσωνα alludit diſerte. Sic dictum eſt perſpicuum. Euſtathius ad Homeri Odyſſeam id ex Athenæo referens, de voce φορίνη ſcribit, ἔστι δὲ κλαδῶδές τι φαρὶν ἡ φορίνη: Quod ſuſpicionem meam egregie firmat: Nam vaſa illa ex ramulis plecti ſolent, & viminea ſunt vulgo. Apud Heſychium legimus, Φορίνη, ἡ παρ' ἐνίοις πυρίνη. Si vera ſint, quæ dixi, ut ſane videntur, vix dubito, quin legendum ſit ibi, Φορίνη, ἡ παρ' ἐνίοις φυρίνη. φύρω, μολύνω, ῥυπόω: Inde φυρίνη, itaque φορίνη perbene a quibuſdam appellata. Attende & judica: Plura adhuc alias. Illud verbo addendum: Cur pellis ſuilla proprie dicta ſit φορίνη, ex his jam conſtare poteſt. Nihil ſcilicet ea ſordidius & inquinatius, ubi in cœno & ſtercore perpetuo ſe volutant illæ. Videsne? Hæc belle oppido conſpirant. Berſmannus inter τὴν & φορίνην hic interpoſuit particulam τε.

15. Πῶς τοῦτο δεινὸν τοῖς τὸ κάρφος ἠρμένῳ;] Ita Liber etiam Anglicanus: Berſmannus edidit, Οὐ τοῦτο δεινὸν τοῖς τὸ κάρφος ἠρμένῳ. Quod melius eſt, & ego non invitus præfero.

16. Στεγανὴν ἐνδιδύσκεται σκέπην] Verbum minus tritum: Pro δύω dicebant olim διδύω: Heſychius, Διδύασιν, διαμεύουσι. Διδεῖ, διαμεύει. Δίδημι, διαμεύω. Διδῶναι, δῆσαι. Διδέντων, διαμευόντων. Similiter pro δύω dixerunt διδύω: Unde ἐνδιδύω & ἐνδιδύσκω. Nihil frequentius apud Græcos, quam iſta reduplicatio: A τράω ſic factum τιτράω, a δόω διδόω, & plura alia, quæ hic convaſare nolo: De illis alibi forte opportunius.

ΠΕΡΙ ΣΑΥΡΟΥ.

Σαῦρον τὸν ὠχρὸν, εἰ τεμὼν διασπάσῃς,
Αρμόζεται ζῶν ταῖς τομαῖς οὕτω πάλιν.
Εἰσὶ δὲ σαφῶς τῶν μερῶν αἱ συνθέσεις,
Οταν ὁ νεκρὸς τοῖς ποσὶν ἐφερπύσῃ.

ΠΕΡΙ ΕΧΙΝΟΥ ΕΝΥΔΡΟΥ.

Καί τις ἐχῖνον συντριβέντα σκορπίσας,
Ον εἶδεν ἀκτῆς εὐμενὴς κόλπος τρέφειν,
Ταχ᾽ ἂν ἴδοι, κράτιστε, συντεθειμένον
Καὶ ζῶντα τὸν πρὶν δυστυχῶς τεθραυσμένον.
Ος εἰ πολὺς τὸ ῥεῖθρον ἐκμαίνοι κλύδων,
Εἰς τὰς ἀκάνθας ἐμβριθεῖς αἴρας λίθους,
Μήπως ὑπαχθεὶς ἐκκυλισθῇ τῇ ῥύμῃ,

Πρὸς

ΠΕΡΙ ΣΑΥΡΟΥ] Ælianus Lib. 2. Cap. 23.

1. Εἰ τεμὼν διασπάσης] Liber Anglicanus διασπάσεις: Non male. Apud Ælianum scribendum est, Τὸν σαῦρον εἰ παίσας κατὰ τὸ μέσον, εἴτε ἑκὼν, εἴτε ἐκ τῆς τύχης, ῥάβδῳ, μέσον διατέμοις, ἑκάτερον &c. παίσαις, quod ibi prostat nunc, cohærentiam verborum pessime temerat.

3. Εἰσὶ δὲ σαφῶς τῶν] Bersmannus & Camerarius, Εἰσὶν σαφῶς δὲ τῶν &c.

4. Οταν ὁ νεκρὸς τοῖς &c.] Bersmannus & Camerarius, Τοῖς ποσὶν ὁ νεκρὸς ὅταν ἐφερπύσῃ. Pessime. Voluerunt forte boni, Τοῖσιν πόδεσσιν ὁ &c.

ΠΕΡΙ ΕΧΙΝΟΥ ΕΝΥΔΡΟΥ] Liber Anglicanus, Ἐχῖνος θαλάσσιος: Utrumque ineptum est, ubi in quadrupedibus adhuc sumus, & hæc

fine

60. DE LACERTO.

Si pallidum ſecans lacertum dividas,
Utrinque pars præſecta coaleſcit iterum.
Nec partium fugit oculos conjunctio,
Poſt mortuus quam pedibus ille arrepſerit.

61. DE ECHINO AQUATILI.

Nec non Echinum, ſeparatis partibus,
Nutrit ſinus quem litoris, ſi abjeceris,
Coire cernes, Rex, novo ſpectaculo,
Membriſque truncatum prius vita frui.
Hic fluctibus tumente ſævis æquore,
Suis onus ſpinis lapillorum ſubit:
Neu forte provolvatur undæ incurſibus,

ſine dubio præcedentium laciniam conſtituunt. Vide quæ ad Inſcriptionem Capitis 51. notavimus. Et hæc ſumſit Auctor ex Æliani Lib. 9. Cap. 47.

1. Καί τις ἐχῖνον &c.] Berſmannus & Camerarius, Καί τις δ' ἐχῖνον &c.

2. Οἱ εἶδον ἀκτῆς εὐμφυὴς κόλπος τρέφειν] Hæc manifeſte corrupta ſunt: Nam εἶδον præcedens τις reſpicit. Legendum, aut Οἱ εἶδον ἀκτῆς εὐμφυῆ κόλπον τρέφειν, aut Οἱ εἶδον ἀκτῆς εὐμφυῆς κόλπον τρέφειν.

3. Τάχ' ἂν ἴδοι &c.] Berſmannus & Camerarius, Τάχ' αὖθ' ἴδοι &c.

5. Ος εἰ πολὺς τὸ ῥεῖθρον &c.] Hæc ſumta ſunt ex Æliani Libro 7. Cap. 33. Pro Ος εἰ Berſmannus edidit Ος τ' εἰ.

Πρὸς τὸν μυκηθμὸν καρτερεῖ τῶν βρασμάτων.

ΠΕΡΙ ΕΧΙΝΟΥ ΧΕΡΣΑΙΟΥ ΚΑΙ ΛΥΓΓΟΥΡΙΟΥ.

Ἐχῖνος ἐκ γῆς οἶδεν ἀκάνθαις βρύων·
Καὶ ταῖς πρασιαῖς ἐκκυλινδεῖται κρύφα·
Καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἐμπαρείσας ἰσχάδας,
Εἰς τοὺς ἑαυτοῦ φωλεοὺς θησαυρίσας,
Οὐκ ἔσχε λιμοῦ συμφορὰν ὀλεθρίου.
Συστέλλεται δὲ, καὶ τὸ πᾶν σῶμα στρέφει,
Καὶ τῶν ἀκανθῶν τὰς λαβὰς ἀπευθύνει,
Τὸν θηρατὴν ἔγγιστα παρόντα βλέπων.
Δοκεῖ δὲ νεκρὸς, τὴν πνοὴν ὑποπνίγων.
Εἴπου γε μὴν θέλοι τις αὐτὸν λαμβάνειν,

Εὐ-

ΠΕΡΙ ΕΧΙΝΟΥ ΧΕΡΣΑΙΟΥ ΚΑΙ ΛΥΓΓΟΥΡΙΟΥ] Illud καὶ λυγγουρίου a Berſmanno eſt, & in Editione Arſenii Libroque Anglicano non extat. Sunt hæc deſcripta ex Æliani Lib. 3. Cap. 10. Lib. 4. Cap. 17. Lib. 6. Cap. 54. & Lib. 14. Cap. 4.

1. Οἶδεν ἀκάνθαις βρύων] Berſmannus & Camerarius, οἶδ' ἀκάνθαισιν βρύων. Liber Anglicanus pro ἀκάνθαις habet ἀκάνθας: Non male: Nam βρύειν etiam conſtruitur cum caſu quarto. Alterum tamen terſius, ut ſciunt Græce docti.

2. Καὶ ταῖς πρασιαῖς ἐκκυλινδεῖται κρύφα] Πρασιαὶ areolæ ſunt in horto: An in illis naſcuntur ficus, & ibi ex terra ſurgunt, ut plantarum germina? Nihil inſulſius. Scribe, Καὶ ταῖς τρασιαῖς, *in locis, ubi ſiccantur ficus*. Vox eſt nota ex Heſychio.

Se firmat ipse ponderis gestamine.

62. DE ERINACEO TERRESTRI ET LYNCURIO.

Quod spiculis horrere se scit hericius,
Per culta volvitur vireta clanculum,
Spinisque fixas auferens ficus, sui
Mox in cubilis congerit cavernulas,
Ne dira jejunum premat pænuria.
Se totus autem contrahit ritu pilæ,
Sursumque acumen dirigit spinarum atrox,
Venantium agmen si propinquum sentiat,
Et spiritu videtur arcto mortuus.
Quod si quis ipsum tollere ausit, protinus

Hu-

chio, Polluce, & aliis Grammaticis. Ælianus apprime ad rem, quanquam depravate, ἐπειδὴ γὰρ δεῖται τροφῆς διετησίου, τὰ δὲ ὡραῖα οὐ πάντα ὥρα δίδωσιν, ἑαυτὸν ἐν ταῖς πρασιακῶν κυλίειν φασὶ, καὶ τῶν &c. Recte corrigunt Viri Eruditi, ἑαυτὸν ἐν ταῖς πρασιαῖς κυλίειν φασι, sed adhuc rectius ego, ἑαυτὸν ἐν ταῖς πρασιαῖς ἐγκυλίειν φασι: Nam sic apparet, unde enatum sit. ἐν. Ælianus ista particula utitur millies. Pro ἐκκυλινδεῖται malim etiam hic ἐγκυλινδεῖται: Ælianus, ut vides, ἐν ταῖς πρασιαῖς κυλίειν, quod idem plane est. Bersmannus Præceptorem secutus edidit, Καὶ τῇσι πρασιαῖς ἐκκυλινδεῖται.

8. Τὸν θηρατὴν ἴσγισα &c.] Bersmannus & Camerarius, Ἔσγισα τὸ παρόντα θηρατὴν βλέπων.

9. Δοκεῖ δὲ νεκρὸς] Malim, Δοκεῖ τι νεκρὸς, deleto puncto post βλέπων, ut

Εὐθὺς ἐνερῶν τὴν δορὰν διαβρέχει.
Ανθίσαται γὰρ χαλεπαῖς νόσων βίαις,
Αν ὀ μολυνθῇ τῇ βροχῇ τῆς αἰσχύνης.
Οὖρον δὲ λυγγὸς ἐκτραχυνθὲν εἰς λίθον,
Στεῤῥός τίς ἐστιν ἐγκοπεὺς πρὸς τοὺς λίθους·
Τῆς κύστεως δὲ τοὺς βαρεῖς ἄλλως λίθους,
Εἰς πῦρ κομισθὲν καὶ ποθὲν, διατρίβει.
Τοῦ γοῦν ἐχίνου τὴν σποδὸν κεκαυμένου,
Πίτλῃ νεωστὶ συντεθεῖσαν εἰς χρίσιν,

Φασὶν

ut sic arctius cohæreant illa.

12. Ανθίσαται γὰρ χαλεπαῖς &c.] Bersinannus & Camerarius, Ανθίσαται χαλεπῇσι γὰρ νόσων &c.

13. Τῇ βροχῇ τῆς αἰσχύνης] *Lotio, urina:* Locutionem nota. Humor, qui honeste nominari non potest suo nomine.

14. Οὖρον δὲ λυγγὸς &c.] Liber Anglicanus Titulum hic habet novum, Περὶ λυγγὸς: Perperam & inepte. Quæ Ælianus junxit, junxit etiam Philes.

15. Στεῤῥός τίς ἐστιν ἐγκοπεὺς &c.] Ælianus, Καὶ ἡ λὺγξ δὲ ἀποκρύπτει τὸ οὖρον, ὅτι ὁ γὰρ παγῇ, λίθος γίνεται, καὶ γλυφαῖς ἐπιτήδειός ἐστι. Quæ perperam intellexit Philes. λίθος γλυφαῖς ἐπιτήδειός ἐστι, *Lapis ad sculpturas idoneus est.* & cælum libenter recipit, pulchreque signa quævis in eo sculpi possunt: Hoc est ἐπιτήδειον γλυφαῖς. Plinius Lib. 37. Cap. 3. Histor. Natural. *De Lyncurio maxime dici cogit Auctorum pertinacia. Quippe etiamsi non electrum id esset, Lyncurium tamen gemmam esse contendunt: Fieri autem ex urina quidem Lyncis, sed egestam protinus bestia operiente eam, quoniam invideat hominum usui. Esse autem, qualem in igneis succinis, colorem, scalpique.* Et Aristoteles in Libro de Mirabil. Auscultat. Καὶ τὴν λύγκα δέ φασι τὸ οὖρον κατακαλύπτειν, διὰ τὸ πρὸς ἄλλα τε χρήσιμον εἶναι; καὶ εἰς σφραγίδας. Sigilla, quæ in annuli pala sunt, σφραγῖδες dicuntur Græce: Ad istas præcipue idoneum est Lyngurium. Hoc γλυφὰς illas ex

parte

Humectat urinæ cutem respergine,
Quam scit malignis esse morbis remedium,
Madore si non imbuatur lotii.
Cum lyncis urina in lapillum induruit,
Cælum lapillis fit secandis commodum,
Gravesque vesicæ recocta calculos,
Et hausta rite poculentis, conterit.
At torrefacti cinerem echini, si pice
Ad unctionem temperet quis liquida,

Medi-

parte explicat. Philes pro παθητικοῦ sumsit ἐνεργητικὸν, & male credidit facere Lyngurium, quod patitur: Error est satis inficetus, sed quem erravit etiam Latinus Æliani Interpres: Vertit enim, *Lynx etiam urinam suam in terram occultat, quæ ubi concreverit ac congelarit, lapis efficitur ad sculpendum accommodatus.* Et hoc Nostrum aliquatenus excusat. Addit Ælianus, Lapidem augere etiam mundum muliebrem ipsa illa sculpturarum, quas recipit, elegantia: διὰ τῆς γλυφῆς. Quod ego non improbo, sed dubito, an satis ad sententiæ & verborum collimet scopum: Fors ipse Ælianus scripsit διὰ τῆς τρυφῆς, *teneritudine & mollitie sua.* Quia Lapis adeo venustus est & delicatus, pro mundo muliebri etiam militat, & ejus latifundia auget: Quod de homine dicitur, ad Lapidem transtulit Ælianus: Ita solent, qui floridius scribunt, & variegata amant. Sculpturæ non ita pertinent ad muliercularum delicias & κόσμους γυναικείους: Id sciunt omnes. Interpres voculas illas neglexit, & nullus ego ambigo, quin & illum & Auctorem Nostrum eæ ipsæ induxerint in errorem: Attende modo; ambiguitatem in illis deprehendes statim.

17. Εἰς πῦρ κεμιωθὲν ἐκ πόθιν] Misere flaccescit illud κεμιωθὲν: An forte legendum κονιωθὲν? κονίζω, κονίζομαι, *pulverem imitor, in pulverem vertor:* Hoc accommodatissimum foret. εἰς πῦρ pro πυρὶ & ἐν πυρὶ frequens in his.

20.

Φασὶν ἰατροὶ καὶ ψιλοῖς τρίχας φύειν.
Οἴνῳ δὲ λευκῷ συγκραθεῖσαν εἰς πόσιν,
Αλγοῦσι νεφροῖς εὑρεθῆναι φάρμακον,
Ηπαρ τε καμὸν ἐκ πυρᾶς ἀναψύχειν,
Καὶ φλεγμονῆς οἴδημα συστέλλειν ζέον.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΑΜΠΟΥ ΓΑΣΤΡΟΣ.

Λαβών τις ὀπτὴν ἱπποκάμπου γαστέρα,

Λύτ-

20. Φασὶν ἰατροὶ καὶ ψιλοῖς τρίχας φύειν] Bersmannus & Camerarius, Φύειν ἰατροὶ καὶ ψιλοῖς φασὶν τρίχας. Liber Anglicanus. Φύειν ἰατροὶ καὶ ψιλοῖς τρίχας φασιν.

23. Ηπαρ τὲ καμὸν ἐκ πυρᾶς] Editio Bersmanni, Ηπαρ τὲ κάμνον ἐκ πυρᾶς.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΑΜΠΟΥ &c.] Ita Bersmannus: Liber Anglicanus Περὶ ἱπποκάμπου: Apud Arsenium Titulus est nullus: Recte & provide. Nam ubi agit Auctor de remediis ex Echino terrestri & Lynce, hoc ex Hippocampo admetitur bonum & malum. Piscis inter quadrupedes morari non potest principaliter & jure suo. Sunt hæc sumta ex Æliani Lib. 14. Cap. 20.

1. Λαβών τις ὀπτὴν ἱπποκάμπου γαστέρα] An insectum intelligit, de quo Dioscorides? Haud puto: Nam ejus venter adeo exiguus, ut quod de assato & elixo scribitur, plane ridiculum esset. Alius piscis intelligitur haud dubie; qualis, non dicam: Illud certum est, fuisse piscem, non insectum. De equo Athenæus, Plinius, & Oppianus: Sed is etiam intelligi non potest, ut facile constat ex uno Athenæo. Apud Plinium Lib. 36. Cap. 5. Histor. Natural. legimus, *In maxima dignatione Cn. Domitii delubro in Circo Flaminio Neptunus ipse, Thetis, atque Achilles, Nereides, supra Delphinos & cete & Hippocampos sedentes.* Quod Rondeletius & alii Viri Docti de insecto accipiunt: Vix dicam, quam inepte. Illudne ad latus Delphini & cetorum adstabat? Illine insidebant Nereides, neque

Medici ferunt, glabris pilos producere:
Quem temperatum si bibas albo mero,
Renum dolori pharmaco hoc medeberis:
Quod epar incensum simul refrigerat,
Et phlegmones sedat tumorem fervidum.

63. DE HIPPOCAMPI VENTRE.

Ventrem Hippocampi si quis assum sumserit,
Ra-

que ab incisuris asperis & pungentibus metuebant sibi & natibus suis molliculis? Rem lepidam, Cato, & jocosam! Junge Scaligerum in Conjectaneis ad Varronem, qui male inter Hippocampos & Hippocampas distinguit: Nam mutatio generis differentiam inducere non potest, & κάμπος idem est, quod κάμπη, ut patet ex Latinorum *campus*, quod Græcum sine dubio exprimit. Hesychius, Κάμπος, ἱππόδρομος, Σικελοί. Alia præterea. Verba Menandri, quæ ibidem tentat Vir Doctus, ego ita constituo, Φεῦ· οὗτος ἱππόκαμπος, εἰνάτηρ. *Heu: hic Hippocampus est, fratria.* Sensum elegantem habere potuit vox ab animali ad hominem translata. In Græcis scriptum erat vitio solenni εἰνίτηρ: Id Latine *inacter* expressit Scriba pari modo: Nihil planius. Olim de istis aliter sentiebam. Latina sequentia apud Nonium, addita unica literula ita legi possunt perbene, *Næ. Usus, scire noscitur, Delphino vinctis vehiculis, Hippocampisque asperis.* Sententia est facilis, & *usus*, non dubito, quin ipsum Neptunum respiciat: *Næ.* pro *Nævius* scriptum abbreviate, vident omnes. Vir Doctus jure arbitrario corrigebat ista, & de Sirenibus comminiscebatur nescio quæ. Apud Hesychium Ἱπποκαμπὰς, φωκῶς exponitur ζῶον: Ἱπποκαμπὰς, ὕλην λίαν μεγάλην. ἱππους * λευκαμαίνην, οἱ δὲ ζῶον. Locus est difficillimus, & de quo Viri Eruditi scribunt, quæ tutius tacuissent. Visne suspicionem meam? Legendum forte, Ἱπποκαμπὰς, ὕλην λίαν μεγά-

Λύτlαν κυνικὴν εἰσφθαρεῖσαν ἐξάγει.
Οἴνῳ δὲ συζέσασαν ἐκ ἂν ἐσθίοι.
Κυκᾷ γὰρ εὐθὺς ἡ τροφὴ τὴν γαστέρα.
Καὶ γίνεlαι λύγξ, εἶτα βήξ, εἶτα τρόμ⊕,
Εἶτα σπαραγμὸς ꙅ μελῶν ꙅ καρδίας·
Καὶ πρὸς τὸν ἐγκέφαλον ὀργῶσα ζέσις,
Λήθη τὲ, ꙅ μύκημα, ꙅ βαρὺς κάρ⊕,
Καὶ βλέμμα νωθρὸν, ἀλλὰ πῦρ σχεδὸν φέρον,
Καὶ χύσις ὑγρῶν ἐκ ῥινὸς παχυτέρων,
Καὶ δίψ⊕ ὡς φλὸξ ἐκπιέζον τὴν φύσιν.
Καὶ μετρίε ῥεύματ⊕ ἐν τέτοις χρόνε,

Πταρ-

μεγάλην, ἱπποκυκλημμανίην· οἱ ʒ ζῶον. Poëtæ Dithyrambici & flatulenti in suis Poëmatibus adhibebant multas καμπὰς & circuitus: Unde ἀσματοκάμπται dicebantur ipsi, & Versus eorum δυσκολοκάμπlοι: Ne multis te morer, vide Aristophanis Interpretes Antiquos ad Nubes loco notissimo. ὕλη est cujusque rei materies: Eam Versificatorum nimis grandem & nimis turgidam ὕλην λίαν μεγάλην vocavit Hesychius cum Anteambulone suo, & Dithyrambicorum flexus habuit ante oculos, qui efficiunt, ut materies revera sit talis: Illos autem ἱπποκαμπὰς peropportune dixit Auctor aliquis mihi ignotus: Flexus enim majores equinum indicat vi sua: Nihil, hercule, accommodatius. Eodem pertinet sequens ἱπποκυκλημμανίην: Quod ἱπποκαμπὰς vocaverat ille, alius vocavit ἱπποκυκλημμανίην. κυκλέω idem, quod κυκλόω: Inde κύκλημα, quod junxit Auctor cum aliis vocibus, ut indicaret insanum illud studium, quo flexus & circuitus majores sectabantur illi: Quid appositum magis? Erunt, qui ἱπποκυκλομανίην præferent: Et his ego non multum refragabor. Utrumque enim eodem pertinet, & alterum nulla alia de causa sumsi, quam quia ad literas vulgatas paulo propius accedit. Sed hæc

Rabiem, canum quam morſus affert, auferet:
Sed hunc cave coctum mero deglutias.
Namque illico comeſtus alvum ſuccutit
Singultibus, tuſſique cum tremoribus,
Convulſioneque cordis, atque corporis.
Quin & cerebrum infeſtat inflammatio,
Oblivioque, & clamor, & ſopor gravis,
Hebeſque viſus, ſed flagrans incendio,
Et narium liquore fluxus turgido,
Sitiſque ſiccis æſtuans in oſſibus.
At fluxione permanente pauculum,

Cor-

hæc ἐν παρόδῳ. Pro λαβὼν Liber Anglicanus hic φαγὼν, quod certe non deterius.

2. Λύτλαν κυνικὴν εἰσφθαρεῖσαν] Berſmannus & Camerarius, Λύτλαν κυνῶν ἀπ' εἰσφθαρεῖσαν.

3. Οὐκ ἂν ἐσθίοι] Non aliter Liber Anglicanus: Berſmannus ἐσθίοις edidit: Neſcio quare, ubi τὶς præceſſit.

7. Πρὸς τὸ ἐγκέφαλον ὀργῶσα] Berſmannus & Camerarius, πρὸς τὸ ἐγκέφαλον ἔτ' ὀργῶσα.

10. Καὶ χύσις ὑγρῶν ἐκ ῥινὸς παχυτέρων] Aliter Ælianus, θερμάτι κεφαλῆς ἐπιπολάζειν ῥεύματα, καὶ διὰ τῆς ῥινὸς κατιέναι λεπτὰ, καὶ ἰχθυηρᾶς ὀσμῆς προσβάλλειν. In Libro Anglicano ſcriptum eſt, Καὶ χύσις ὑγρῶν ἐκ ῥινὸς παραχυτέρων: Quod Verſus aperte reſpuit, & ſententia etiam non amat: Nam quid παράχυτος hic & παραχύτερος? An Libri forte variarunt, & παραχυτέρων enatum eſt ex τραχυτέρων, quod præferebant quidam, & ex illis ad Marginem annotatum? Id certe non improbabile. Τραχὺς ſæpe *acer* & *acerbus* eſt Græce: Hoc autem ad Ælianea quam proxime accedit: Vide & judica. Berſmannus Magiſtro morem gerens, edidit, Απ' ἐξ ὑγρῶν ῥινὸς τε παχυτέρων χύσις

12. Καὶ μετρίου ῥεύματος ἐν τούτοις χρόνου] In his non eſt ſenſus, ut vi-

Πταρμῷ τιναχθὲν πᾶν τὸ σῶμα ῥήγνυται.

ΠΕΡΙ ΜΥΓΑΛΗΣ.

Η μυγαλὴ δέδοικεν ἐκτόπῳ φύσει
Γραμμὰς ἁμαξῶν ἐκ τροχῶν εἰργασμένας.
Ναρκᾷ γὰρ αὐταῖς ἐμπεσοῦσα, καὶ τρέμει,
Βραδύνουσα δὲ καὶ τελευτᾷ πολλάκις.
Καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῆς δυστυχῶς δεδηγμένους,
Ἐκεῖθεν ἀρθεὶς, ἐξιᾶται χοῦς μόνος·
Καὶ γὰρ τὸ λυποῦν εὐμαρῶς ὑπεξάγει,
Βραχὺς ἐπ' αὐτῆς τῆς τομῆς πεπασμένος.

ΠΕΡΙ ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΟΥ.

Ὠῶν δὲ σωρὸν ὁ κροκόδειλος κύει,

Με-

dent omnes, qui Linguam callent. Perbene Liber Anglicanus, Καὶ μετρίου ῥεύσαντος ἐν τούτοις χρόνου. Nihil facilius aut perspicuum magis: ῥεῦσαι de tempore satis venuste dicitur. Bersmannus & Camerarius, Καὶ μετρίου δ' ἐν τοῖσδε ῥεύματος χρόνου.

ΠΕΡΙ ΜΥΓΑΛΗΣ] Ælianus Lib. 2. Cap. 37.

1. Δέδοικεν ἐκτόπῳ φύσει] Malim, δέδοικεν ἐκτόπως φύσει. Corruptus est Ælianus, quem hic in transitu corrigam: Legitur vulgo, Η μυγαλὴ, καὶ γὰρ τοῦτο ποιήμα ὕλης, εἰς ὅσον μετὰ τινὰ ἄλλως πρόεισι, πέπλασται ζῆν ἔχει, καὶ ἐσπείσατο αὐτῇ ἡ φύσις, ἐὰν γε μὴ ἄλλῃ τινὶ τύχῃ καταληφθῇ καὶ ἀπόληται· ἐὰν δὲ εἰς ἁρματοτροχιαν &c. Perperam & nullo sensu: Interpres ineptit, & ἀλῶται, quod Margo habet, & audax est & pravum. Scribe, & scribe meo periculo, Η μυγαλὴ, καὶ γὰρ τοῦτο ποίημα ὕλης, εἰς ὅσον μετὰ τινὰ ἄλλως πρόεισι, ἐπιπλεῖστα

ζῆν

Corpus ſubinde ſternuens disrumpitur.

64. DE MURE ARANEO.

Mus quem vocant araneum (mirabile)
Quas plauſtra duxerunt, abhorret orbitis.
Torpore namque hæreſcit ipſis incidens,
Iſticque non raro morans extinguitur.
At impetitis illius morſu, orbitis
Qui tollitur pulvis, ſalutis auctor eſt.
Nam vulneris nullo levat negotio,
Inſperſus illi, protinus moleſtiam.

65. DE CROCODILO.

Crocodilus ovorum parit acervum: ſed his

Poſt

ζῆν ἔχει, ἐ ἰσπείσατο αὐτῇ ἡ φύσις, ἰκαί γε &c. *Mus araneus, nam & hoc opus materiæ, quatenus quidem oberrat temere, diutiſſime vivere poteſt, & amicam ſe præbuit ei Natura, ſi &c.* Hoc bonum & appoſitum. τυφλῶς πρόεισι, quia oculos habet ita exiguos, ut cæcus fere ſit, & vix videre poſſit, quid agat, aut quo currat: Res eſt ſatis nota ex Nicandro, & Plutarcho in Sympoſiacis.

4. Βραδύνουσα δὲ καὶ &c.] Berſmannus & Camerarius, Βραδύνουσα δ' αὐτοῦ καὶ &c.

ΠΕΡΙ ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΟΥ] Liber Anglicanus, Περὶ κροκοδείλου χερσαίου: Imperite: Nam de Crocodilo majori & Amphibio hæc ſine dubio intelligenda ſunt, ut evidenter conſtat ex Æliani Lib. 2. Cap. 33, unde hæc deſumta ſunt.

1. Ὁ κροκόδειλος κύει] Berſmannus & Camerarius, ὁ κροκόδειλος μὲν κύει.

2. Mi-

Μετὰ δὲ τὴν ἔκλειψιν εὐθὺς τῶν τόκων,
Εγκεντρος ἐξέρπει τὶς αὐτῶν σκορπίος,
Υφ' οὗ τελευτᾷ πρὸς φθορὰν πεπληγμένος.

ΠΕΡΙ ΔΡΑΚΟΝΤΩΝ ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ ΚΑΙ ΕΤΕΡΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΘΗΡΙΩΝ.

Αἰθιόπων δράκοντες, εἰ θηρᾶν δέοι,
Χαίνοντες ἀσθμαίνουσιν εἰς τὸν ἀέρα,
Καὶ τῶν πετεινῶν τὰς κρεμαστὰς ἀγέλας,
Ιυγξι θερμῆς εἰσπνοῆς κηλουμένας,
Καὶ σπωμένας ἄνωθεν εἰς γῆν ἀθρόας,
Εκ τῶν γνάθων ἕλκουσιν εἰς τὴν γαστέρα.
Θῆρας δὲ νυκτὸς ἐλλοχῶσι δυσμάχους,
Καὶ βοῦς τιθασσοὺς, καὶ κριοὺς ἐξ αὐλίων,

A-

2. Μετὰ δὲ τὴν ἔκλειψιν &c.] Bersmannus & Camerarius, Μετά δέ γε τὴν ἔκλειψιν &c.

3. Εξέρπει τὶς αὐτῶν σκορπίος] Liber Anglicanus, ἐξέρπει τις αὐτοῦ σκορπίος. Ad Horapollinem de his egimus. Si statuere velis, αὐτοῦ vel αὐτῶν ab ipso Auctore profectum esse, id facias, per me licet. In eodem Libro Anglicano Descriptionem Crocodili excipit Descriptio Salamandræ: Monuimus supra, & hic repetimus loco suo.

ΠΕΡΙ ΔΡΑΚΟΝΤΩΝ ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ &c.] Tota hæc Inscriptio iterum est a Bersmanno: Nam Editio Arsenii eam plane ignorat. Liber Anglicanus hic habet, Περὶ δρακόντων Αἰθιοπίων, & sequentia vel inter ipsos Versus vel ad Marginem singula inscribit particulatim, ut in progressu videbis. Novem primi

Post fœtuum perfecta quam est exclusio,
Prorepit armatus sagitta scorpius:
A quo ictus ille concidit letaliter.

66. DE DRACONIBUS ÆTHIOPICIS, ET ALIIS DIVERSI GENERIS BESTIIS.

Dracones Æthiopum indigentes pabulo
Hiante captant ore flatus aëris,
Pennisque suspensos greges volantium,
Spirationis illecebris attrahunt,
Ducto superne copioso ad humum agmine,
Retrocito quos spiritu deglutiunt:
Noctuque bestias feras irretiunt,
Bovesque mansuetos, gregisque principes,

Fre-

mi Versus desumti sunt ex Æliani Libro 2. Cap. 21.

1. Αἰθιόπων δράκοντες, οἱ &c.] De Phrygiis hæc narrat proprie Ælianus, cujus Interpres προήκειν αὐτοὺς εἰς δέκα ὀργυιάς imperite vertit *ad magnitudinem decem passuum procedere:* Nam ὀργυιὰ mensura est sex pedum, & decem ὀργυιαὶ efficiunt pedes sexaginta; ad quos ascendere non possunt decem passus, sive communes, sive Geometricos sumas. Plinius Lib. 8. Cap. 14. Histor. Natural. ubi de Serpentibus maximis agit: *Megasthenes scribit in India serpentes in tantam magnitudinem adolescere, ut solidos hauriant cervos taurosque. Metrodorus, circa Rhyndacum amnem in Ponto, ut supervolantes quamvis alte perniciterque alites haustu raptas absorbeant.* Metrodorus ille haud dubie inter Auctores τῶν Φρυγίων λόγων,

Αμαχον ἰσχὺν εὐτυχῦντες, αὐτάναξ.
Δόνακι τυφθεὶς ὁ θρασὺς ἅπαξ ὄφις,
Κεῖται θανατῶν· ἂν δὲ τύψης πολλάκις,
Οργᾷ κατὰ σῦ, κ̀ προβάλλει τὸ σόμα,
Πρὸς ἀντιπαράταξιν ἠρεθισμένος.
Δακὼν ὄφις ἄνθρωπον, Αὐσονοκράτορ,
Αὖθις ὑπελθεῖν τὺς μυχὺς ὺκ ἰσχύει,
Τῆς γῆς ἀγαθὴν εἰσφερύσης τὴν δίκην.
Εᾷ γὰρ αὐτὸν ὡς φονευτὴν, ἀγρότην
Πικρῶς διαζῆν εἰς νομὰς ὑπαιθρίυς.
Υσριξ δὲ τὰς ἄνωθεν ἐκπέμπει τρίχας,
Ας ἡ φύσις ἔθηξε κ̀ πρὸ τῆς μάχης.

Φρί-

γων, de quibus Ælianus. Berſmannus duce Camerario edidit, Δράκοντες Αἰθιόπων δέ τ', εἰ θηρῶν δέοι.

9. Αμαχον ἰχὺν &c.] Berſmannus & Camerarius, Ωδ' ἄμαχον ἰχὺν &c.

10. Δόνακι τυφθεὶς &c.] Verſus hic cum octo ſequentibus in Libro Anglicano Caput ſeparatum conſtituit, quod Περὶ ὄφεως inſcribitur. Et hæc petita ſunt ex Æliani Lib. 1. Cap. 37. & Lib. 12. Cap. 32. Berſmannus & Camerarius, Τῷ δόνακι τυφθεὶς &c.

11. Κεῖται θανατῶν ἂν &c.] Berſmannus & Camerarius, Κεῖθ' οἷα θανατῶν. ἂν &c.

12. Οργᾷ κτ̀ σῦ] Berſmannus & Camerarius, Οργᾷ τι κτ̀ σῦ.

13. Πρὸς ἀντιπαράταξιν ἠρεθισμένος] Berſmannus & Camerarius, Πρὸς ἀντιπαράταξιν τότ' ἠρεθισμένος.

14. Δακὼν ὄφις ἄνθρωπον &c.] Ita etiam Plinius Lib. 2. Cap. 63. Hiſtor. Natural. Quis credat? Sed talia in his multa, quæ cachinnos merentur. Berſmannus & Camerarius, Οφις δακὼν ἄνθρωπον.

16. Τῆς γῆς ἀγαθὴν &c.] Bersmannus & Camerarius, Τῆς γῆς ἄρ' ἀγαθὴν &c.

18. Πι-

Freti ſuarum virium valentia.
Serpens arundinis jacet percuſſu iners,
Ceu mortuus: quod ſi frequens plagam inferas,
Attollit iras, ore cœrulo emicans,
Hoſtemque linguis impetit vibrantibus.
Hominem feris qui ſauciavit morſibus,
Cavos ſubire non poteſt ſerpens ſpecus,
Quod terra ſontis exigit pœnas, mala
Contaminatum cæde, ſub Jove frigido
Perferre cogens damna ſolitudinis.
Hyſtrix pilos ſurſum jacit, ceu ſpicula,
Natura quos acuit & ante prœlium.

Nam

18. Πικρῶς διαζῆν εἰς νομὰς ὑπαιθρίους] Εἰς νομὰς ὑπαιθρίους pro ἐν νομαῖς ὑπαιθρίοις: *In paſcuis ſubdialibus*. Sed quid hoc? An omnia paſcua non ſunt ſubdialia? De eo dubitet nemo. Et cur igitur ea privatim aſſignantur hiſce interfectoribus pœnæ loco? Vereor, ne locus ſit corruptus: Ipſe Auctor ſcripſerit, εἰς μονὰς ὑπαιθρίους. μονὴ apud Græcos & manendi actus eſt, & locus, ubi aliquis manet; ſimiliter ut *manſio* apud Latinos. Poſterior Ætas ita appellat ſæpe manſiones, in quibus Monachi degunt: Ita Codinus, ita Alii, ut ſciunt Eruditi. Plura ſuo loco. Et ſic igitur perbene etiam hic μοναὶ ſunt manſiones, in quibus perpetuo manere debent Sicarii iſti. Vitium eſt pronum, ut vides.

19. Ὕστριξ δὲ τὰς &c.] Hos quatuor Verſus de Hyſtrice Liber Anglicanus pag. 206. exhibet, ſtatim poſt Deſcriptionem Leporum: Non male: Nam hic de ſerpentibus agitur ex profeſſo & una ſerie. Junge Ælianum Lib. 1. Cap. 31.

20. Ἃς ἡ φύσις ἔθηξε] Editio Berſmanni, Ἃς ἡ φύσις γ' ἔθηξε.

Φρίξασα γὰρ τὰ νῶτα, βάλλει τοὺς πέλας,
Ὡς ἀπὸ νευρᾶς εὐτυχῶν τὶς τοξότης.

Τῆς ἀσπίδος τὸ δῆγμα, δῆγμα θανάτου.
Μὴ, μὴ, Γαληνὲ, μηδὲ φάρμακον χέῃς.
Ὁ σφυγμὸς ἐξέλιπεν, ὁ ζῶν ἐῤῥύη,
Καὶ σὺ τὸ θαῤῥεῖν ὡς ὄνησον εἰσφέρεις;
Ἔα. νικᾷ τὸ δῆγμα τὴν εὐτεχνίαν.

Λευκός τις, Ἱππόκρατες, ἀκριβῶς ὄφις,
Ἐπὶ κεφαλῇ γαυριῶν κερασφόρῳ,
Τὸν ἄνδρα δακὼν, τῆς πνοῆς ὑπεξάγει.
Τί γοῦν ἐπ' αὐτῷ δυσφοροῦντι πρακτέον;

Οὐκ

21. Φρίξασα γὰρ τὰ νῶτα, βάλλει τοὺς πέλας] Ælianus, τοῖς γοῦν ἐπιοῦσιν ἐπὶ λύμῃ, τὰς ἄνωθεν τρίχας οἱονεὶ βέλη ἐκπέμπει, καὶ στοιχῷ βάλλει πολλάκις, τὰ νῶτα φρίξασα. Ubi legendum fortaſſe, καὶ στίχῳ vel στοίχῳ βάλλει πολλάκις, τὰ νῶτα φρίξασα. Unum ſpiculum poſt alterum emittit ordine, qui in militia dicitur στίχος vel στοῖχος, & linea, non in longum, ſed in profundum ducta: στιχηδὸν vel στοιχηδὸν.

22. Ὡς ἀπὸ νευρᾶς εὐτυχῶν τὶς τοξότης] Bochartus in Hierozoico pro εὐτυχῶν ſcribit εὔστοχος: Non aſſentior: Nam aptum eſt εὐτυχῶν: *ut jaculator felix & rem bene gerens*, cui fortuna favet, & ſcopum ferire licet: niſi legendum ſit εὖ τυχὼν; quod nativum eſſet & venuſtum: Nam τυγχάνειν de ſcopo, & jaculante, qui ſcopum attingit, dicitur proprie: Pueri ſciunt. Cave igitur, cum Bocharto mutes, qui ad ſuum modum etiam longe acutius legere potuiſſet εὐστοχῶν. Berſmannus Camerarium ſecutus, edidit, Οἷον ἀπὸ νευρᾶς εὐτυχῶν &c.

23. Τῆς ἀσπίδος τὸ δῆγμα, δῆγμα θανάτου] Titulus ante Verſum hunc in Libro Anglicano, Περὶ ἀσπίδος καὶ τοῦ αὐτῆς δήγματος. Et hæc ſumta ſunt ex Æliani Lib 1. Cap. 54. Berſmannus & Camerarius, Τῆς ἀσπι-

Nam contrahens dorſum rigens, nervo velut
Intenſo in hoſtes tela torquet cominus.
Morſu quod aſpis dat, necem vulnus parit:
Ne ne, Galene, pharmacum mihi pares:
Pulſus refugit, vita jam jam deſerit.
Tu profuturam pharmaci ſpondes opem:
Faceſſe, morſus eſt medela fortior.
Eſt albus, ô Hippocrates, ſerpens, caput
Geritque cornibus ſuperbus turgidum:
Qui, quem momordit, ſpiritum huic exterminat.
Quam morſibus paras opem letalibus?

Nul-

ἀσπίδος τὸ δῆγμα, δῆγμ' ἐςὶ θανάτε.

25. Ὁ σφυγμὸς ἐξέλιπεν, ὁ ζῶν ἐῤῥύη] Non improbo ſcripturam, ſed rectius tamen ſcribi opinor, Ὁ σφυγμὸς ἐξέλιπε, τὸ ζῶν ἐῤῥύη. τὸ ζῶν eſt id quod vivit, ipſa vita: Attende ad σφυγμὸς & ἐῤῥύη. Berſmannus & Camerarius ἐξέλιπεν mutarunt in ἐκλέλοιπεν.

26. Καὶ σὺ τὸ θαῤῥεῖν &c.] Berſmannus & Camerarius, Καὶ σὺ δὲ τὸ θαῤῥεῖν &c.

27. Ἐα. νικᾷ τὸ δῆγμα &c.] Berſmannus & Camerarius, Ἐα. τὸ δῆγμα κρεῖττόν ἐς' εὐπηχίας.

28 Λευκός τις, Ἱπποκράτης, ἀκριβῶς ὄφις] Liber Anglicanus iterum ante hunc Verſum, Περὶ ὄφεως τ͂ κεράςυ. Et hæc deſcripſit Auctor ex Æliani Lib. I. Cap. 57. & Lib. 16. Cap. 28. Berſmannus Camerarium ſecutus, edidit, Λευκός τις, Ἱπποκράτης, ἐς' ἀκριβῶς ὄφις, ut ſic ſcilicet Senarius exiret bonus. Nihil exoletum magis aut inconditum. Sic ſaltem dediſſet Diſcipulus cum Præceptore ſuo, Λευκός ἐς, Ἱπποκράτης, ἀκριβῶς ἐς' ὄφις.

29. Ἐπὶ κεφαλῇ γαυριῶν] Berſmannus & Camerarius, Ἐπὶ κεφαλῇ δὲ γαυριῶν.

30. Τὸν ἄνδρα δακὼν, τῆς &c.] Berſmannus & Camerarius, Δακὼν ὅδ' ἄνδρα τῆς &c.

Οὐκ οἶδα, φησί· πρὸς γὰρ ἄχρονον πάθος,
Ὁ καθάπαξ ἔῤῥευσεν εἰς τὴν καρδίαν,
Ἡ τῶν ἰατρῶν ἐκπεφαύλισται κρίσις.
Ἆρ' ἡ νόσος παρῆλθε καὶ τοὺς σοὺς ὅρους,
Τῶν ἀφορισμῶν εἰς κενὸν πεφρασμένων;
Τί τοῦτο; ναρκᾷς τὴν περίστασιν τρέμων.
Ὦ σῶτερ ὀκνεῖς, καὶ τριβὴν ζητεῖς χρόνου;
Παρὸν κατ' αὐτοῦ τῆς νομῆς τῆς ἐν βάθει,
Ἢ δεσμὸν, ἢ σίδηρον, ἢ στέαρ φέρειν,
Ἢ φαρμάκου κύλικα θερμοῦ τὴν κρᾶσιν.
Ἐγὼ δὲ λαβὼν εὐτελῆ ψύλλαν μόνην·
Ἀπόκρυφον γὰρ ἐκκαλύπτω νῦν λόγον·
Καὶ θεὶς ἐπ' αὐτῆς τῆς λαβῆς τοῦ δήγματος,

Λύω

33. Ο καθάπαξ &c.] Bersmannus & Camerarius, Ο γε καθάπαξ &c.

36. Τῶν ἀφορισμῶν &c.] Bersmannus & Camerarius, Τῶν ἄρ' ἀφορισμῶν &c.

39. Παρὸν κατ' αὐτοῦ τῆς νομῆς τῆς ἐν βάθει] Αὐτοῦ τῆς νομῆς scriptum pro αὐτὴν τὴν νομὴν: *Cum ad manum sit, contra ipsam pastionem in profundum.* Νομὴ hic pastio est vulnerum, quæ latius & altius serpunt: Ita Medici sæpe, ut nemo Eruditorum nescit. Interpres vertit, *Cum præsto sit serpentis adversus malum.* Fallor, aut Græca non intellexit, & αὐτοῦ pessime ad ipsum ὄφιν retulit.

41. Η φαρμάκου κύλικα] Bersmannus & Camerarius, Η φαρμάκου γε κύλικα.

42. Ἐγὼ δὲ λαβὼν εὐτελῆ ψύλλαν μόνην] Bochartus in Hierozoico Philen hic turpiter hallucinatum putat, pro ψύλλῳ viro substituentem animalculum ψύλλαν: Sed id credat Judæus apella, non ego: Bis enim scribit Ælianus hoc Psyllorum ἀν-

τιφάρ-

Nulla, inquit, eſt: namque ad malum momentaneum,
Et quod ſemel cor occupavit influens,
Artis medentum nil facit ſolertia.
Sic ergo morbus ſic tuorum dogmatum
Præſcripta vincit traditorum inaniter?
Quid obſtupeſcis hoc mali miraculo?
Servator o cunctaris, & nectis moram?
Cum præſto ſit ſerpentis adverſus malum,
Aut vinculum, aut ferrum, aut parare axungiam,
Aut pharmaci miſcere calidi poculum.
At ipſe vilem pulicis tentans opem,
Pando medelam Pæoni non cognitam,
Illoque morſus vulneri impoſito ſuper,

ἀφάρμακον, & bis literis perſcriptis id in Æliano legit Philes, qui proinde ita hallucinari non potuit ullo modo. Quid igitur? Amanuenſes, qui Ælianum non legerant, pro aptis & ſanis dederunt inepta & morbida: Scribe, ut ipſe Auctor ſcripſerat, Ἐγὼ δὲ λαβὼν πτύελον ψυλλῶν μόνον. *Pſyllorum ſalivam ſolam.* Nihil certius: Nec difficilis eſt Criſis: Nam ex πτύελον impiicite ſcripto, cæcutientibus facile enaſci potuit εὔπλον & εὐπλεκῆ, voce vicina leviter interpolata. Ita ſentio de his, nec aliter ſentire poſſum, obſtrepant omnes, quotquot ſunt, Eruditi: Niſi forte ætate Philæ homines extiterint inepti, qui ψύλλαι idem efficere poſſe crediderunt, quod ψύλλον, convenientia nominis, quam verbis & formulis adjuvabant: ψύλλα ſcilicet quaſi ψύλλος de genere fœmineo, & vis omnis ψυλλῶν in ψύλλαι formulis tranſlata. Sentisne? Sic Philes non erraſſet, ſed relicto Æliano, hominum ſtultiſſimorum in-

Λύω τὸ λυπȣ̃ν, ϗ κατείργω τὴν νόσον,
Καὶ τῆς τελευτῆς ἐξορίζω τὸν φόβον.
Ἐςι τίς, ὦ κράτιςε, παρ' Ἰνδοῖς ὄφις,
Ὧι σπιθαμὴ τὸ μῆκος, ἡ δέ γε χρόα
Δοκεῖ φέρειν ἔξαλμα βαθὺ πορφύρας·
Καὶ πᾶσα λευκὴ τῆς κεφαλῆς ἡ πλάσις,
Καθάπερ ἁπλȣ̃ν ϗ νεόβλυτον γάλα·
Καὶ ζῶν μὲν αὐτὸς, ἐνδακεῖν ȣ̓κ ἰσχύει·
Νωδὸς γάρ ἐςι, ϗ ψιλὸν χȣ̃ν ἐσθίει·
Ἀλȣ̃ς δὲ νυκτὸς, ϗ κρεμασθεὶς ἡμέρας,
Καὶ κατὰ μικρὸν τὴν πνοὴν ἀποκρίνων,
Ἰχῶρα τȣ̃ σώματος ὑγρὸν ἐκπλύει,
Καὶ πήγνυται τὸ ῥεῦσαν εἰς εἶδος μέλαν.
Ἄλλας δὲ νεκρὸς αὖθις ἐγχεῖ λιβάδας,

Αἱ

ineptias fuiſſet ſecutus: Quod quia credere durum, inprimis ubi de ipſis illis præſtigiis nihil conſtat mihi, unice verum arbitror, quod de Amanuenſium ἀβλεψίᾳ & ſcriptura depravata dixi.

47. Ἐςι τὶς, ὦ κράτιςε, παρ' &c.] Liber Anglicanus etiam ante hunc Verſum, Περὶ ὄφεως τȣ̃ Ἰνδȣ̃. Sunt hæc petita ex Æliani Libro 4. Cap. 36. Berſmannus Præceptorem ſuum ſecutus, edidit, Ἐςιν πυρσὶ τις, ὦ κράτισ', Ἰνδοῖς ὄφις.

48. Ὧι σπιθαμὴ τὸ μῆκος] Berſmannus & Camerarius, Ὧι σπιθαμιαῖον μῆκος.

49. Δοκεῖ φέρειν ἔξαλμα βαθὺ πορφύρας] *Purpuræ colorem ex profundo emicantis*; qui purpureus eſt in ipſo fundo. Ælianus, χρόαν δὲ ἔοικε πορφύρᾳ τῇ βαθυτάτῃ. Elegans eſt ἔξαλμα & ἐξάλλεσθαι eo ſenſu: Colores

Levo dolorem, vimque morbi reprimo,
Mortiſque diram extermino formidinem.
Eſt, Imperator, Indiæ ſerpens, ſua
Qui palmum adæquat longitudine, at color
Conchyliatus in profundo cernitur,
Et verticis ſtructura tota candicat,
Ac ſi recens hunc lacte mulſo tinxeris:
Haud ille vivus quempiam momorderit,
Edentulus, paſtuque vivens pulveris:
Sed nocte captum ſi quis hunc interdiu
Suſpendat, emiſſo ſubinde anhelitu,
Eructat ore ſanguinis ſimul ſerum,
Coagulum quod in nigrum tandem coit.
Defunctus idem guttulas ſtillat alias,

Quæ

lores pleni & ſaturi exiliunt & proſiliunt quaſi. Plura forte alias. Berſmannus cum Camerario vocem tranſpoſuit, & typis ſuis vulgavit, Δοκεῖ φέρειν ἴξαλμα πορφύρας βυθῷ.

50. Καὶ πᾶσα λευκὴ τῆς κεφαλῆς ἡ πλάσις] Berſmannus & Camerarius, Καὶ πᾶσα λευκὴ τοῦ καρήνατος ἡ πλᾶσις.

51. Καθάπερ ἀπλῶν &c.] Berſmannus & Camerarius, οἱόνπερ ἀπλῶν &c.

55. Καὶ κατὰ μικρὸν τὴν &c.] Berſmannus & Camerarius, Κατὰ μικρὸν οὕτως τὴν πνοὴν τ' ἀποκρίνων.

56. Τοῦ σόματος ὑγρὸν] Berſmannus & Camerarius, τοῦ σόματος ἀπ' ὑγρὸν.

57 58. 59. Καὶ πήγνυται τὸ ῥεῦσαν ——— ἀρκεῦθυ χρόνῳ] Accurate minus deſcripſit Ælianum: Humor, qui mortuo defluit, niger eſt, qui vivo, Electri ſpecie: Vide locum.

Αἱ δακρύων ἔχουσιν ἀρκεύθου χρόαν.
Τούτων, βασιλεῦ, καὶ σταγὼν δήπου μία,
Νεκρὸν παρευθὺς τὸν πιόντα δεικνύει.
Ὁ μὲν γὰρ ἐγκέφαλος οὐκ ἔχων βάσιν,
Ἐκ τῶν ἀγωγῶν τῆς ῥινὸς διαῤῥέει·
Τὸ σύντονον δὲ τῆς φθορᾶς, τῶν ὀμμάτων
Πυκναῖς τὸ ληφθὲν ἐκτροπαῖς διαστρέφει,
Σπασμόν τε ποιεῖ, καὶ θρασύδειλον τρόμον,
Καὶ δακρύων ἄκλαυστον ἐκεῖθεν χύσιν.
Τὸ πρόδρομον οὖν καὶ βαφῆς ἄνευ μέλαν,
Ἀκμὰς ὀδυνῶν, καὶ χρονίζουσαν φθόην,

Καὶ

cum. Photius in Excerptis ex ipso Ctesia, ποιεῖ δὲ φάρμακον διττὸν, ἀπὸ τῆς οὐρᾶς κρεμάμενος, ἠλεκτροειδὲς καὶ μέλαν. καὶ τὸ μὲν, ζῶντος ἀποῤῥεῖ· τὸ δὲ μέλαν, θανόντος. καὶ τὸ μὲν, ὅσον σησάμου διδόμενον, ὃ ζῶντος ἔῤῥευσεν, αὐτίκα φθείρει, καὶ &c. Ab eo Ælianus & Alii sua mutuarunt. Illud ἐγχεῖ λιβάδας ineptum est, & vitium contraxit: Scribe, ἐκχεῖ λιβάδας. ἐκπλοὺς recte præcessit. De vase nihil hic, quod ἐγχεῖ statuminare possit, ut apud Ælianum. Juniperi lachrymis pictores uti solent ad colores suos illustrandos: Cum illis hic comparat Philes humorem illum, quem Ctesias & Ælianus cum Electro comparant: Non male; Nam colore alterum simile est alteri. Inter recentiores Græcos sunt, qui utrumque confundunt, & Electrum eundem usum præstitisse scribunt, quem juniperi lachrymæ: Quo jure, videbimus alias: Nunc ista non agimus, & de juniperi lachrymis verbo monemus, ne quis locum forte depravatum existimans, rescribat δακρύων αἰγείρου χρόαν, ut sic ipsius Ctesiæ & Æliani haberet Electrum, quod ex populis scilicet manat, in quas mutatæ fuerunt Phaëthontis sorores, ut fabulæ crepant. Nunc nemo

Quæ lacrymas præ ſe ferunt juniperinas:
Quarum unicam, o Rex, ſi quis hauſerit bibens,
Perenne potat ilicet ſilentium.
Tunc namque vis omnis cerebri languida,
Per narium cavos meatus diffluit:
Malique vis intenta, luminum quod eſt
Hinc relliquum, divortiis perverſum agit:
Cietque ſpaſmum, audaciamque cum metu,
Et abſque fletu lacrymarum flumina.
Quod autem initio profluit per ſe nigrum,
Auget dolores, & facit tabeſcere,

Tuſ-

nemo ſapiens id faciet, credo.

60. Τυτῶν, βασιλεῦ, ϗ &c.] Bersmannus & Camerarius, Καὶ τῶνδε, βασιλεῦ, ϗ &c.

62. Εγκέφαλ☉ ὐκ ἔχων βάσιν] Berſmannus & Camerarius, ἐγκέφαλ☉ τότ' ὐκ ἔχων βάσιν.

64. Τῶν ὀμμάτων Πυκναῖς τὸ ληφθὲν &c.] Τὸ ληφθὲν τῶν ὀμμάτων ſcriptum pro τὰ ληφθέντα ὄμματα, *oculos captos & veneno infectos*. Berſmannus vertit, ac ſi legeretur, τῶν ὀμμάτων Πυκναῖς τὸ λειφθὲν &c. Sed eo non indigemus. In Libro Anglicano pro ληφθὲν exaratum eſt λυφθὲν, errore calami, ut puto: Alias ex λυθὲν id videri poſſet enatum.

67. Καὶ δακρύων ἄκλαυστον ἐκεῖθεν χύσιν] Liber Anglicanus ἐντεῦθεν χύσιν: Quod Berſmannus & Camerarius mirum in modum laudaſſent: Ego neque laudo, neque vitupero.

68. Τὸ πρόδρομον ὂν] Berſmannus & Camerarius, Τὸ πρόδρομον γῦν. Liber Anglicanus, Τὸ πρόδρομον δ' ὂν: quod Arſeniano non eſt deterius.

69. Καὶ χρονίζουσαν φθόην] Ita recte Berſmannus pro φθόνην, quod in Editione Arſenii & Libro Anglicano extat: Similem errorem habuimus Supra Cap. 29. Ælianus, ϗ

Καὶ κνησμὸν, ϗ βῆχα, ϗ θερμὸν κάρον,
Καὶ καρδίας βρύχοντα παλμὸν εἰσφέρει.
Πατῶν δέ τις χέρσυδρον οὐκέτι πνέει.
Κἂν ἄλλος εὐθὺς τοῦ παρελθόντος θίγοι,
Τοῖς δακτύλοις, κράτιστε, φλυκταίνας φύει.
Ὄφις δέ τις ἄθυμος ἐκ γῆς Ἀῤῥάβων,
Κτείνει φονευθεὶς τὸν φονευτὴν ὀξέως,
Πλὴν ἐν συριγμοῖς, ϗ πνοῆς διεξόδοις,
Ὑφ᾽ ὧν διαῤῥεῖ ϗ χιτὼν ϗ σαρκίον.
Νωδὸς γάρ ἐστι, ϗ πατάσσει μετρίως.
Ἀλλ᾽ εἰς τὸν Ἰνδὸν τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν,

Ἐστι

φθόη καταλαμβάνει τὸν λαβόντα, καὶ &c.

70. Καὶ κνησμὸν, καὶ βῆχα, καὶ θερμὸν κάρον] Ita Arsenius, ita Liber Anglicanus: Male: Nam Versus non est ἀρτίπους. Bersmannus edidit, Καὶ κνησμόν τε, καὶ βῆχα, καὶ θερμὸν καρὸν: Sed sic certe Senarius purus incedere non potest, & ipse Politicus incedit difficilius. Scribendum autumo, Καὶ κνίσματα, ϗ βῆχα, καὶ θερμὸν κάρον. In terminatione vocum millies errarunt Scribæ & Typothetæ, ut Eruditi sciunt.

71. Καὶ καρδίας βρύχοντα παλμὸν εἰσφέρει] Quid? An cor palpitans fremit, & ita palpitare potest, ut ex palpitatione oriatur sonus? Apage, apage nugas: Scribendum est mutata unica literula, Καὶ καρδίας τρέχοντα παλμὸν εἰσφέρει. Nihil apertius.

72. Πατῶν δέ τις χέρσυδρον &c.] Versus hic & duo sequentes sumti sunt ex Æliani Libro 8. Cap. 7. Liber Anglicanus eos iterum separat, & inscribit Περὶ χερσύδρου ὄφεως.

75. Ὄφις δέ τις ἄθυμος ἐκ &c.] Anne huc pertinent ea, quæ Ælianus habet Lib. 8. Cap. 7? In Libro Anglicano ante hunc Versum Titulus etiam est, Ὄφις Ἀραβικός. Bersmannus Præceptori suo obtemperans, dedit, Ὄφις δέ τις δύσθυμος &c.

80. Ἀλλ᾽ εἰς τὸν Ἰνδὸν τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν] Ita perperam Auctor, deceptus

Tussimque calido cum caro & prurigine,
Cordisque palpitationem procreat.
Qui Chersydrum conculcat, extemplo perit.
Quod si quis ausit admovere dexteram
Læso, repente pustulis expullulat.
Ignavus est serpens Arabibus, illico
Qui mortis auctorem vicissim interficit
Vel sibilis, vel spiritus afflatibus:
Quibus & amictus & caro diffunditur.
Nam dente caret, nec ictibus nimis nocet.
Est flumen, Indus nomine, haud ignobile,
Pur-

tus sine dubio a Librariis, qui apud Ælianum Lib. 9. Cap. 20. scripserant, λέγει δὲ Ἀριστοτέλης, ὅτι καὶ λίθος ὁ γινόμενος ἐν τῷ ποντικῷ ποταμῷ, ἔστι δὲ οὗτος ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Μηδικῇ τε καὶ Ἰνδικῇ, ἐπιθυμιώμενος διώκει τοὺς αὐτοὺς: Cum scribere debuissent, λέγει δὲ Ἀριστοτέλης, ὅτι καὶ λίθος ὁ γινόμενος ἐν τῷ Πόντῳ ποταμῷ, ἔστι δὲ οὗτος ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Μαιδικῇ καὶ Παιονικῇ, ἐπιθυμιώμενος διώκει τοὺς αὐτούς. Neque dubitandum, quin locus ille varie olim depravatus fuerit ab Amanuensium grege: Nam in Libris Nostris hodie etiam male legitur, ἐν τῷ ποντικῷ ποταμῷ, ἔστι δὲ οὗτος ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Μηδικῇ τε καὶ Παιονικῇ. Aristoteles, quem Ælianus citat & a quo Alii etiam sua habent, in descriptione Lapidis Mædos & Sintos celebraverat, ut scimus ex Libello de Mirabil. Auscultat. Quare & τῇ Μαιδικῇ τε καὶ Σιντικῇ potuit esse scriptum in Libris quibusdam Æliani; quod ab imperitis in Μηδικῇ τε καὶ Ἰνδικῇ facilius mutatum. Apud ipsum Aristotelem certe, antequam Viri Eruditi correxerant, ita legebatur male, similisque error apud Scholiastam Nicandri: Vide, ut brevis sim, Lucam Holstenium ad Stephani Ethnica in V. Σιντία. Noster vero τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν τὸν μέγαν eduxit satis affabre ex voce ποντικῷ.

Ἐςι τὶς, ὡς λέγουσι, πορφυροῦς λίθος,
Ὃς καὶ φυσικῶς ἐκδιώκει τοὺς ὄφις,
Ὡς λιβανωτὶς, καὶ καλαμίνθη χλόη,
Καὶ πυκνόφυλλος ἄγνος ἐψεκασμένος.
Καὶ γίνεται πῦρ εἰς χεθεῖσαν ἰκμάδα·
Ῥιπίζεται δὲ, καὶ τὸ θερμὸν ἀμβλύνει,
Δριμύν τε καπνὸν πυρπολούμενος βρύει.
Καὶ ταῖς γυναιξὶν ἀδρανῆ δρᾷ τὰ βρέφη,
Καὶ δεῖγμα δεινὸν εὐμαρῶς ἀνατρέπει.
Πλὴν εἰς τὸν αὐτὸν τίκτεται σκώληξ μόνος,

Ὃς

κῷ, quæ magnitudinis ſane Characterem habet: Nam inde πόντος ἀγαθῶν pro abundantia & copia bonorum, & Ποντοποσειδῶν, ὁ μέγιστος Ποσειδῶν Grammaticis Antiquis. Audi Ariſtophanis Commentatores ad Plutum: τὸ Ποντοπόσειδον ἀπὸ τοῦ πόντου. ὦ μέγιστε Πόσειδον. καὶ Σώφρων γάρ φησι, πόντος ἀγαθῶν, πλῆθος καὶ μέγεθος θέλων σημαίνειν. Suidas ea repetiit in Lexico ſuo, ut ſolet: Male tamen ibi ſcribitur nunc Πόντου & *Ponto* cum litera majuſcula in Græcis Latiniſque: Nam πόντου requiritur & nomen maris appellativum. Alia prætereo. Liber Anglicanus ad Marginem hic, Περὶ τοῦ ἐν τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ λίθου. Berſmannus ad mentem Camerarii edidit, Ἀλλ' εἰς τὸν Ἰνδὸν τὸν ποταμὸν ὄντι μέγαν.

81. Πορφυροῦς λίθος] De colore nihil Ariſtoteles, nihil Ælianus, nihil Alii, quos nunc habemus: An forte irrepſit leve mendum, & ipſe Philes ſcripſit, πυρφόρος λίθος, *lapis, qui ignem fert, & in ſe occluſum gerit*? Id certe appoſitiſſimum foret, & cum natura Lapidis egregie conveniret.

82. Ὃς καὶ φυσικῶς &c.] Berſmannus & Camerarius, Ὃς ἐκδιώκει τοὺς ὄφις αὐτοῦ φύσει.

83. Ὡς λιβανωτὶς καὶ καλαμίνθη χλόη, Καὶ &c.] Editio Arſenii in caſu primo χλόη, quod recte mutavit Berſmannus, & locum hunc ita vertit, *Ceu roſmarinus, atque calamintha foliis; Denſæque viticis liquor ſalutifer*. Libanotis & calamintha ipſa herba, vitex vero li-

quo-

Purpureus in quo legitur, ut ferunt, lapis,
Serpentium fugans genus ſuffitibus:
Ceu roſmarinus, atque calamintha foliis;
Denſæque viticis liquor ſalutifer.
Humore qui perfuſus ignes concipit,
Idemque ventilatus æſtum reprimit,
Fumique nidorem dat incenſus gravem,
Gravidæque labefactat onus alvi fœminis,
Sanatque damna morſuum facillime.
In flumine Indo naſcitur ſepticubitus

Ver-

quore ſuo contra venenata prodeſt. Ut ἄγνος hic dicitur ψικάζιοξ, ita vitex apud Plinium dicitur *illini*: Locutiones ſunt paulo duriores, quæ interpretatione mitigari debent. Eruditi ſciunt, & in gratiam rudiorum id moneo. Bertmannus λιβανωτίς reddidit *roſmarinus*: An recte, dubito: Nam Dioſcorides ſane Libanotidi, quæ roſmarinus Latine dicitur, iſtam facultatem non tribuit: Sed hæc non ſunt hujus loci & longius nos abducerent. Pro ἐ καλαμίνθη Diſcipulus & Præceptor repoſuerunt ἠδὲ καλαμίνθη, ac ſi Verſus Senarius ſic ad normam eſſet elaboratus: Perperam & imperite profecto: Nam prima in λιβανωτὶς brevis eſt, ut in λιβανωτὸς & λίβανος. Non ignorant Periti.

87. Δριμὺν τε καπνὸν — βρύει] βρύειν cum caſu quarto, ut Supra Cap. 62. in Libro Anglicano ἀκαύθας βρύων.

88. Καὶ ταῖς γυναιξὶν ἀδρανῆ] Liber Anglicanus male γυναιξὶ: Nam ſic Verſus indecore hiat.

89. Καὶ δεῖγμα δεινὸν εὐμαρῶς ἀνατρέπει] Interpres δῆγμα: Vertit enim, *Sanatque damna morſuum facillime.* Sed quid illud, ſi ἀνατρέπει jungas? Itane locutus eſt quiſquam? Abſit, abſit. Ego δεῖγμα retineo, & *ſpectrum* intelligo, quod ſeſe monſtrat, & ſtatim averruncatur fumo hujus Lapidis: Sic nihil aptius. δεῖγμα idem, quod φάσμα.

90. Πλεῖ εἰς τὸν αὐτὸν τίκτεται σκώληξ μόνος] Εἰς τὸν αὐτὸν, ſcilicet ποταμὸν, de quo præceſſerat: Ellypſis

eſt:

Ος ἐςιν ἑπτάπηχυς εἰς ἧτ]ον πάχ۞·
Ζῶον δὲ πᾶν ϗ ξύλον, ἀλλὰ ϗ λίθον,
Οδᾶσι δυσὶν, Αὐσονάρχα, συντρίβει.
Καὶ κρύπ]εται μὲν, εἰ δὲ ταῖς ὄχθαις πίνοι
Κάμηλ۞, ἢ βᾶς, ἐμφρυγεῖσα τῷ πνίγει.
Ηρπασε δὴ τὸ κ]ῆν۞ ὑπανερπύσας.
Τᾶτον δέ τις κύμβαχον ἐξάψας βρόχον,
Υγρὰν κατ᾽ ἐχθρῶν εὐτυχῶν ἔγνω φλόγα.
Καὶ γὰρ ὁ νεκρὸς ἀνθρακεὺς ἢ πυρφόρ۞
Ηλεκτροειδὲς ἐκ ῥινὸς λείβει ςέαρ·
Οὗ ϗ ςαλαγμὸς ἐγχεθεὶς ἐπὶ ξύλων,

Εφλε-

est non adeo difficilis. Quare nimis arbitrarie profecto Bersmannus edidit εἰς τὸν Ἰνδὸν τίκτεται, quod etiam incongruum est ita absolute, ubi ejusdem fluvii facta erat mentio: Vident omnes, quibus oculi sunt sani. Illud μόνος Emphasin habet, quam verba Æliani efficiunt magis conspicuam, ὁ ποταμὸς ὁ Ἰνδὸς ἀθηρός ἐστι. μόνος δὲ ἐν αὐτῷ τίκτεται σκώληξ, φασὶ, καὶ τὸ &c. Vides? Præter unum vermem, si Ctesiæ credamus, in Indo fluvio fera non nascitur alia. Locus Æliani est Libro 5. Cap. 3. In MS. Anglicano hic iterum ad Marginem erat, Περὶ τοῦ ἐν τῷ αὐτῷ ποταμῷ σκώληκος.

91. Εἰς ἧτ]ον πάχος] *Minori crassitie*, cujus proportio non erat ad proportionem longitudinis: De crassitie Ælianus, τὸ πάχος δὲ αὐτῶν, δεκαέτης παῖς γεγονὼς μόλις ταῖς χερσὶ περιβάλλειν ἀρκέσει. Quæ vertit Interpres, *ejus crassitudinem decem annos natus puer, manibus vix complecti queat.* Male: Nam sic inter longitudinem & crassitudinem proportio non fuisset minor, sed plane nulla. Photius in Excerptis ex Ctesia, τὸ δὲ πάχος δεκαέτη παῖδα μόλις φασὶ ταῖς χερσὶ περιλαβεῖν. Ubi Interpres, *crassitudinem vero talem, ut eum puer annos decem natus vix ulnis amplecti possit.* Recte & vere: Nam sic in proportione habemus ipsum illud minus.

93.

Vermis, figuram præferens teredinis,
Qui dentibus binis, gerit quos unicos,
Animalque, lignumque, lapidemque conterit.
Latetque flumine abditus: sed si bibat
Ripis camelus, torridusve sole bos,
Jumenta subrepens profundo corripit.
Hunc si quis ad solem in caput suspenderit,
Adversus hostes colligit flammam humidam.
Incendii sator ille namque mortuus,
Ceu succinum, de naribus stillat adipem.
Cujus rigata guttulis ligna, illico

Ar-

93. Ὀδοῦσι δυσὶν] De horum dentium longitudine Ælianus, τετράγωνοι δὲ ἄμφω, πυγόνος τὸ μῆκος: Quæ Interpres Latine reddidit, *ambo quadranguli cubiti fere longitudinem habent.* Ridicule, ubi crassitiem vermis adeo extenuaverat: Nam dentes exerti, quales sunt Elephantum, hic locum non habent. Melius id congruit cum Versione Interpretis Photiani, quamvis sic etiam mensura fere est nimia. Hesychius de Pygone, Πυγὼν, μέτρον, τὸ ἀπὸ τοῦ ὠλεκράνου, ὅπερ ἐστὶν ὁ ἀγκὼν, ἕως ἔξω τῆς χειρὸς, ἐπικεκαμμένων τῶν δακτύλων, καὶ σπιθαμή. Ex ejus mente duplex est πυγὼν, unus major, alter minor: Major cubitum fere exæquat, minor digitos continet duodenos. Hunc posteriorem, si res foret mei arbitrii, ego in loco Æliano sumerem: Convenientior enim est, & sic satis etiam magnus. De Pygone nos aliquando accuratius.

97. Τοῦτον δέ τις κύμβαχον ἐξάψας βρόχου] Vitium manifestum: Nam κατὰ aut præpositio similis subaudiri non potest. Scribe, Τοῦτον δέ τις κύμβαχον ἐξάψας βρόχῳ. *Fune suspendens,* ἐκ βρόχου ἅψας.

99 Ἀνθρακιὸς ἢ πυρφόρος] Sensu non absimili πυρφόρος λίθος suspicabamur paulo antea.

101. Οὗ δὲ σταλαγμοὺς ἐγχυθεὶς &c.] Hic etiam ad Marginem in Libro Anglicano scriptum est, Περὶ τοῦ

καν-

Εφλεξεν ὡς πῦρ, εἰς δὲ τεῖχος ἐκ λίθων,
Οξὺς κεραυνὸς, καὶ νεφῶν πλὴν εὑρέθη.
Τούτῳ, βασιλεῦ, τῷ πυρὶ τῆς ἰκμάδος,
Ινδῶν βασιλεῖς πυρπολοῦσι τὰς πόλεις,
Αἳ μηδ' ὅλως εἴκουσι δασμοὺς εἰσφέρειν.
Δεδηγμένος δέ πού τις ἐκ φαλαγγίου,
Ναρκᾷ, βασιλεῦ, καὶ κλονεῖται, καὶ τρέμει·
Καὶ ψύχεται μὲν τῶν μελῶν τὰς ἀκρίδας,
Συστέλλεται δὲ τῶν φλεβῶν ἡ θερμότης·
Εμεῖ δὲ χυμοὺς, ἀλλὰ καὶ σπᾶται βρύχων·
Επειτα παθὼν ἰσχυρὰν ὠταλγίαν,

Ορ-

καλυμμένου πυρὸς ὑγροῦ ἐνίοις.

102. Εἰς δὲ τεῖχος ἐκ λίθων, Οξὺς &c.] *In murum vero ex lapidibus, fulmen apparet:* Cum ſcilicet vas, in quo humor continetur, ſaxis alliſum frangitur, & ſic vis ignea ex eo erumpit: Vide Ælianum. Quod Berſmannus dicit, nimium eſt.

104. Τούτῳ, βασιλεῦ, τῷ &c.] Berſmannus & Camerarius, Τούτῳ δὲ, βασιλεῦ, τῷ &c.

105. Ινδῶν βασιλεῖς πυρπολοῦσι &c.] Recte: Photius ex Ctesia, ὅταν δὲ παρέλθωσιν αἱ τριάκοντα ἡμέραι, ἀποῤῥίπτουσι τὸν σκώληκα, καὶ τὸ ἔλαιον ἀσφαλισάμενοι, ἄγουσι τῷ βασιλεῖ μόνῳ τῶν Ινδῶν· ἄλλῳ δὲ οὐκ ἔξεστιν ἐξ αὐτοῦ ἔχειν. Et Ælianus, τοῦτο δὴ τὸ ἔλαιον βασιλεῖ τῶν Ινδῶν κομίζουσι, σημεῖα ἐπισφραγισάμενοι (?) ἐπιβάλλοντες. ἔχειν γὰρ αὐτοῦ ἄλλον οὐδ' ὅσον ῥανίδα ἐφεῖται. Sed quid igitur eſt, quod apud eundem Ælianum ſequitur, τούτῳ φασὶ τὸν Περσῶν βασιλέα καὶ τὰς πόλεις αἱρεῖν, τὰς εἰς ἔχθραν προσελθούσας οἱ? An Regi Perſarum id dono datum ab Indorum Rege? Vix puto, & nihil eſt, quod eo nos ducat. Locus eſt corruptus. Dicere poſſem cæcutientes Scribas pro Ινδῶν ſcripſiſſe Περσῶν; ſed id audacius paululum: Reponendum igitur autumo plane, τούτῳ φασὶ τὸν Πρασίων βασιλέα καὶ τὰς πόλεις αἱρεῖν. Praſii illi omnium Indorum præſtan-

Ardent ut igni: quin & hic muros liquor
Perrumpit ictu fulminis potentius.
His & liquoris Indiæ rex ignibus,
Absumit urbes arduas incendio,
Tributa prorsus quæ recusant pendere.
Districtus ictu si quis est phalangii,
Torpet, tremitque corporis succussibus,
Extrema membrorum occupante frigore,
Calorque venarum simul retunditur,
Et vomitiones excipit convulsio,
Et acer aures occupat post hæc dolor,

Et

stantissimi & bellicosissimi: Vide Strabonem Lib. 15. & Plinium Lib. 6. Cap. 19. Ælianus in Libris posterioribus eos nominat plus semel, sed ubi Πρασίους pro Πρασίους perperam exhibent pleraque Exemplaria. Quod de rubris Mulis ad Prasiorum Regem adduci solitis Lib. 16. Cap. 9. narrat Auctor, ad studium ejus bellicum quoque refero: Nam usus eorum insignis in bello. Et sic igitur sanies illa vermis Indici inprimis etiam adscripta Prasiorum Regi, ut bello & obsidionibus operam maxime navanti. Pro βασιλεῦς Bersmannus edidit βασιλέως.

107. Διδηγμένος δὲ πού τις ἐκ &c.] De Phalangiis Zacynthiis hæc accipienda sunt ex Æliani Libro 17. Cap. 11. Et eo pertinere videtur Auctoris που, *alicubi*. De aliis φαλαγγίοις, vide eundem Ælianum Lib. 9. Cap. 11. In Codice Anglicano ante hunc Versum est novus Titulus, Περὶ φαλαγγίου.

108. Ναρκᾷ, βασιλεῦ] Bersmannus & Camerarius, Ναρκᾷ τι, βασιλεῦ.

111. Σπᾶται βρύχων] Hic βρύχων rectum est, quod Supra curvum correximus.

112. Ἐπείξει πηδῶν &c.] Bersmannus & Camerarius, Ἐπείξει δὲ πηδῶν &c.

Ορθοῖ τὸν αὐλὸν τῆς ψυγείσης ἰκμάδος.
Τούτου δὲ πᾶς ἄδηκτος εἰ μόνον θίγοι,
Πάντων μέλασχῶν τῶν παθῶν ὑπορρέει.
Ἐστι δὲ καὶ ῥὰξ ἐκ γονῆς φαλαγγίων,
Ῥαγὶ σαφυλῆς ἐμφερὴς, καὶ μικρόπους·
Κτείνει δὲ γοργῶς, Αὐσονάρχα, τοὺς πέλας,
Πλήττουσα τῷ σόματι γασρὸς ἐκ μέσης.

ΠΕΡΙ ΑΡΑΧΝΩΝ.

Εὐμήχανος δὲ τῶν ἀραχνῶν ἡ φύσις,
Καὶ παρθένους νικῶσα λεπτοδακτύλους·
Τὰς γὰρ ἀπαγεῖς ἰκμάδας τῶν ἐγκάτων,
Ὥσπερ μίτους νήθουσι κερκίδος δίχα·
Κύκλους δὲ συνείροντες ἀλληλενδέτους,

Τὰς

115. Ὑπορρέει] Bersmannus ὑπερρέει: Male: Nam ἐρρέω pro ῥέω non dicunt Græci, quantum ego scio. Sed Operarum forte error est, & ipse voluit ὑπορρέει cum Arsenio. Liber Anglicanus pro eo habet ἀπορρέει; quod minus appositum est, ut ipsi Tyrones sciunt.

116. Ἐστι δὲ καὶ ῥὰξ &c.] Hæc etiam a præcedentibus separat Liber Anglicanus, inserto Titulo Περὶ ῥαγός. Sumta sunt ex Æliani Libro 3. Cap. 36 Bersmannus edidit, Ἐστι δὲ καὶ ῥὰξ &c.

117. Μικρόπους] Liber Anglicanus μακρόπους: Perperam & corrupte: Nam μικρόπους verum est sine dubio. Plinius Lib. 29. Cap. 4. Histor. Natur. *Vocatur & Rhagion, acino nigro simile, ore minimo sub alvo, pedibus brevissimis, tanquam imperfectis.* Et similiter Aëtius, ex quo apud

Et inquietus inguen arrigit tumor.
Quod ſi quis illæſus manum det ſaucio,
Fit illius ſtatim dolorum particeps.
Phalangiorum Rhax ſatus propagine,
Acino eſt ſimilis uvæ, pedeſque habet breves:
Occidit autem proximos celerrime,
Ore impetens, quod ventre ſub medio eſt ſitum.

67. DE ARANEIS.

Araneis natura perquam induſtria eſt,
Vincens puellarum manus argutias.
Nam ventris humores ſupervacaneos
Ceu fila nent, textoris abſque pectine.
Et implicantes orbium volumina,

Ad-

apud Ælianum pro πόδας μακροὺς Viri Eruditi recte repoſuerunt πόδας μικρούς: Nam ut in Libris Philæ, ita in Libris Æliani ſcriptura variavit imperitorum culpa.

119. Τῷ στόματι γαστρὸς ἐκ μέσης] Berſmannus & Camerarius, τῷ στόματί γε γαστρὸς ἐκ μέσης.

ΠΕΡΙ ΑΡΑΧΝΩΝ] Ælianus Lib. 1. Cap. 21. & Lib. 6. Cap. 57. Junge etiam Piſidem in Opificio Mundi V. 1152. & ſeqq.

3 Τὰς γὰρ ἀπαγεῖς ἰκμάδας τῶν ἐγκάτων] Berſmannus & Camerarius, Τὰς γὰρ ἀπαγεῖς αὐτῶν ἰκμάδας &c.

4. Ὥσπερ μίτους νήθουσι κερκίδος δίχα· Κύκλους δὲ &c.] Peſſima diſtinctio: Nam quid radius textorius ad τὴν νῆσιν & ductionem fili? Nugæ, nugæ. Diſtinguendum eſt, Ὥσπερ μίτους νήθουσι, κερκίδος δίχα Κύκλους δὲ συνείροντες ἀλληλοδέτους, Τὰς &c. Sic ni-

Τὰς ἀντιλαβὰς ὀργανοῦσιν ἐντόμους·
Παχυτέροις δέ τισι τοὺς κύκλους βρόχοις
Εἰς ἀέρα κρεμῶσιν, οὐκ οἶδα πόθεν.
Ἀφίσταται γὰρ πᾶσα τοῦ μέσου βάσις,
Τῷ φιλοτεχνήματι συντεθειμένη·
Καὶ κλέπτεται μὲν ἡ λαβὴ τῶν κλωσμάτων·
Ὑπαίθριος γὰρ ἡ τοσαύτη λεπτότης·
Στηρίζεται δὲ τῆς ὑφῆς ἡ πυκνότης,
Εἰς τὰς ἀραιὰς τοῦ κενοῦ περικλάσεις.
Μυίαις δὲ, καὶ κώνωψι, καὶ κρυψιπτέροις,
Τεταμένον θήρατρον ἀράχνης φέρων,
Ἐκ τοῦ παρεμπίπτοντος ἁπλῶς ἐσθίει.
Καὶ ζῇ κρεμαστὸν καὶ φιλήσυχον βίον,

Τὸ

nihil convenientius. Latina balbutiunt, ut Græca. Bersmannus Versu 5. ad mentem Camerarii scripsit typisque edidit, Κύκλους συνείροντες δὲ τ' ἀνηλειδέτους.

6. Τὰς ἀντιλαβὰς ὀργανοῦσιν ἐντόμους] Orbes respectu linearum rectarum sunt ἀντιλαβαὶ, & quidem ἀντιλαβαὶ ἔντομοι, quia lineas rectas incidunt, quæ orbium & operis orbiculati revera sunt λαβαὶ: Quare τὰς ἀντιλαβὰς ἐντόμους ad ipsum κύκλους referendum est. Bersmannus & Camerarius; Τὰς ἀντιλήψεις ὀργανοῦσιν ἐντόμους.

7. Παχυτέροις δέ τισι τοὺς κύκλους βρόχοις] Bersmannus & Camerarius, Βρόχοισι παχυτέροις δὲ τοὺς κύκλους πολύ. Operis tibicines & retinacula vocat βρόχους παχυτέρους.

8. Εἰς ἀέρα κρεμῶσιν, οὐκ οἶδα πόθεν] Male Liber Anglicanus κρεμῶσι propter hiatum. Bersmannus & Camerarius, οὐκ οἶδα ὁπόθεν. Quod nos abigimus, illi arcessebant ultro:

10.

Adverſa ſublegunt iis ſubtegmina.
Sed liciis hinc denſioribus plagas,
In aëre appendunt, nec unde conſpicor,
Sejuncta cum ſit omnis a medio baſis,
Quæ fulciat mirabilem operis fabricam.
Et ſtaminum fallit ligamen lumina,
Subtilitatis ſub dio diſcrimine.
Firmatur autem denſitas ſubtegminis,
Raras in ambientis oras aëris.
Muſcis, culicibus, & id genus volantibus,
Intenſa nectens fraudulenter retia,
Quod incidit, jejuna paſcit hoc famem,
Vitamque degit haud quietis indigam.

Suſ-

10. Τῷ φιλοτεχνήματι συντεθειμένη] Berſmannus & Camerarius, Τῷδε φιλοτεχνήματί γε συντεθειμένη.

11. Ἡ λαβὴ τῶν κλασμάτων] Totius telæ baſis.

13. Τῆς ὑφῆς ἡ πυκνότης] Pro ἡ ὑφὴ πυκνή: Ita ſæpe Auctor in hoc Libello. Textura ſpiſſa, quæ orbes habet, & tela dicitur proprie.

14. Εἰς τὰς ἀραιὰς τοῦ κενοῦ περικλάσεις] *In ſubtiles vacui fracturas:* περικλάσεις vocat fila, quæ nullo ordine currunt, & filorum potius fracturæ ſunt, quam fila: Hæc lineis rectis & linearum rectarum tibicinibus in eo, quod vacuum videtur, attexta, retinent etiam & ſuſtentant texturæ opus. Araneæ telam ſic ſatis eleganter deſcripſit Philes, cujus verba nunc omnes & ſinguli facile intelligere poſſunt: At Interpres Latinus dixit ea, quæ fortaſſe non cepit ipſe.

16. Τεταμένον θήρατρον] Berſmannus & Camerarius, Ἐντεταμένον θήρατρον.

20.

Τὸ κέντρον οἰκῶν, καὶ σκοπῶν τὸ δίκτυον,
Μὴ νῆμα ῥαγῇ, καὶ τὰ κύκλῳ συμπέσῃ,
Πνοῆς παρολκαῖς ἐκλυθέντα συντόνοις:
Ἐξ ὠδίνων δὲ γίγνεται μητροκτόνος,
Τοὺς τῶν ἐχιδνῶν ἐκμιμούμενος τόκους.

ΠΕΡΙ ΜΥΩΝ ΙΝΔΙΚΩΝ.

Ἐκ τῶν μυῶν, κράτιστε, τῶν Καυατάνων,

Οὔ-

20. Μὴ νῆμα ῥαγῇ, καὶ τὰ κύκλῳ συμπέσῃ] Τὰ κύκλῳ pro τὰ ἐν κύκλῳ: Quæ in orbem texturam cingunt & sustinent; quæ sunt retinacula telæ. Erunt, qui scripturi sunt, καὶ τὰ κύκλων συμπέσῃ, quo modo legisse videtur Interpres, vertens *orbiumque dissuat nexus retortos flaminis vis irruens.* Sed illis non adsentiar: Nam τὰ κύκλων sunt ipsum νῆμα, & Tautologa efficiunt, quæ Tautologa non sunt, ipseque Auctor satis accurate distinxit.

ΠΕΡΙ ΜΥΩΝ ΙΝΔΙΚΩΝ] Hæc Inscriptio etiam est a Bersmanno, & apud Arsenium non extat: Liber Anglicanus habet Περὶ τῶν μυῶν Καυατάνων: Rectius certe: Nam mures illi non nascebantur in India, sed in Babylonia, cujus incolas hic Ἰνδοὺς vocat Philes, ut mox similiter illos Libyæ. Notissima est κατάχρησις, quam propter ignoratum Æliani locum, non animadvertit Bersmannus.

1. Τῶν Καυατάνων] Locus Æliani Lib. 17. Cap. 17, unde hæc sumta sunt, ambiguus est & non eodem modo scriptus: In Libris Nostris nunc legitur vulgo, τοιοῦτοι δὲ ἄρα καὶ οἱ μῦς οἱ ἐν τῇ Τερηδόνι τῆς Βαβυλωνίας εἰσίν· ἀντικρὺ καὶ τὰς δορὰς ἵστασιν οἱ τούτων κάπηλοι, καὶ εἰς Πέρσας ἄγουσι φόρτον. εἰσὶ δὲ ἁπαλαί. καὶ συρραπτόμεναι, χιτῶνές τε ἅμα γίνονται, καὶ ἀλεαίνουσιν αὐτούς. καλοῦνται δὲ ἄρα οὗτοι Καυαυτᾶν ὡς ἐκείνοις φίλον. Ipse Philes, quin Καυάτωνες vel Καυαύτωνες legerit in suis Membranis, dubium est nullum: Nam id aperte indicat hic ipse locus. Credere autem malo, eum Καυαυτάνων potius, quam Καυαζίνων, scripsisse ad nutum Libri sui, quia diserte legimus hic, Οὕτω γὰρ ἐκ φάρυγγος Ἰνδὸς ἂν λέγοι. Nam in Καυατάνων nihil est, quod

ex

Suspensa centro, cassibusque providens,
Ne fila rumpat, orbiumque dissuat
Nexus retortos flaminis vis irruens.
At viperarum more, matricida fit
Partu, doloris non ferens molestiam.

68. DE MURIBUS INDICIS.

O Imperator, si quis, Indus caunacas
Ser-

ex gutture profertur; in Καυναυτάκων autem ipsum illud αυ ex gutture proferri debet: Quare Καυνατάκων in Libris Philæ nunc leviter corruptum puto, & ex ipso vulgato καυναυτῶν eum in suo Codice Καυναύτας repperisse autumo. Sunt, qui apud Ælianum reponunt καυνάκας: Quod ego probare non possum: Nam si ista voce usus fuisset Ælianus, non adjecisset ὡς ἐκείνοις φίλον, ubi Græcis omnibus longe notissima erat, & in ipsum album vocum Græcarum recepta: Sciunt Eruditi ex Aristophane, Menandro, Athenæo, & Aliis. Dein χιτὼν non fuit καυνάκης, sed vel Chlamys vel stragulum: Hesychius, Καυνάκαι, στρώματα ἢ ἐπιβόλαια ἑτερομαλλῆ. Aristophanis Interpretes ad Vespas, Καυνάκης χλαῖνα Περσικὴ ἀλεεινή. παρὰ τὸ ἀλεαίνεσθαι· ὁ δὲ Παλαμήδης φησὶν, καυνάκης ἐστὶ Περσικὸν ἱμάτιον, ἔχον ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους μαλλούς. Ubi illud παρὰ τὸ ἀλεαίνεσθαι alicujus Recentioris nimiam atque miseram diligentiam exhibet: Qui scilicet vocem ἀλεεινή, qua Scholiastes Antiquior usus fuerat, istis explicuit ad Marginem, ne quis forte in ejus expositione hæreret: Ista autem gemmula a Compilatoribus Scholiorum in Contextum deinde recepta est. Sed hoc in transitu: Talia in Libris Antiquis extant millena, quæ ineptias inducunt, & ineptientes facile suspendunt naso. Falsissimum igitur est, χιτῶνας ita dictos fuisse a Babyloniis vel Persis; & eo ipso Virorum Eruditorum suspicio refellitur plane. Mihi Καυναύταις hactenus in ipso loco Æliani etiam placet: Pro quo Καυνάκων scriptum, vel quia terminatio vocis omissa fuit ex more, vel quia ὡς sequens affinitate sua ες præce-

Οὕτω γὰρ ἐκ φάρυγγος Ἰνδὸς ἂν λέγοι,
Κύσαν εἰ τέμοι τὶς εἰς τὴν γαστέρα,
Εὑρίσκεται ζῶν καὶ σφαδάζον τὸ βρέφος.
Καὶ τοῦτο ῥαγὲν, δείκνυσιν ἄλλο βρέφος
Ὡς ἐκ παρασπέρματος ὠργανωμένον.

ΠΕΡΙ ΟΠΙΣΘΟΝΟΜΩΝ ΒΟΩΝ.

Ἰνδὸν, βασιλεῦ, τὸν μελάγχρουν ἠρόμην,
Ἐκ Λιβύης ἥκοντα τῆς παρηλίου,
Πῶς τὴν πόαν κείρουσιν ἐξ ὀπισθίου,
Βόες παρ' ὑμῖν εἰς νομὰς ἠθροισμένοι;
Ἐπεί γε, φησὶν, οὐχ ὁρῶσι τὰ πρόσω.
Ἐγκείμενον γὰρ τῶν κεράτων τὸ πλάτος,
Τὴν ὁπλικὴν δύναμιν αὐτοῖς ἀμβλύνει.

ΠΕ-

cedens absorpsit: Murium proinde fuit nomen, non vestis, ipsique Babylonii, nescio qua de causa, ita vocarunt mures illos robustiores.

5. Καὶ τοῦτο ῥαγὲν, δείκνυσιν &c.] Bersmannus & Camerarius, Ῥαγὲν δὲ τοῦτο, δείκνυσιν &c. Plinius Lib. 10. Cap. 65. Histor. Natural. *Generatio eorum*, murium, *lambendo constare, non coitu dicitur: ex una genitos centum viginti tradiderunt: apud Persas vero prægnantes & in utero parentis repertas.* De his ipsis Canautanis loquitur.

ΠΕΡΙ ΟΠΙΣΘΟΝΟΜΩΝ ΒΟΩΝ] Hic nulla iterum Inscriptio apud Arsenium, quæ proinde a Bersmanno etiam profecta. Liber Anglicanus, Περὶ τῶν ὀπισθονόμων βοῶν. Et hæc sumta sunt ex Æliani Libro 16. Cap. 33.

1. Ἰνδὸν, βασιλεῦ, τὸν &c.] Bersman-

Sermonis usu patrii quos nuncupat,
Mucrone gravidam tentet alvum murium,
Mox palpitantem viscera intra repperit
Fœtum, hocque dissecto invenit rursus alium,
Satum propinqui seminis ceu germine.

69. DE BOBUS RETROVERSUS PASCENTIBUS.

Indum rogabam decolorem, ex Africa
Solis sita sub ignibus, qui venerat:
Dic eia, quî gramen retro tondent boves
Istic, apricis congregati in saltibus?
Quia, inquit, ante quæ pedes sunt, haud vident,
Quod latitudo cornuum incumbens super,
Antica non permittat ipsos cernere.

DE

mannus & Camerarius, Ἰνδόν τινα, βασιλεῦ, μελάγχρυν ἠρόμην.

5. Ἐπεί γε, φησὶν] Liber Anglicanus, Ὅτι γε, φησίν.

6. Ἐγκείμενον γὰρ τῶν &c.] Bersmannus & Camerarius, Τὸ γὰρ πλάτος κεράτων ὕπερθ' ἐγκείμενον.

7. Τὴν ὀπτικὴν δύναμιν αὐτοῖς ἀμβλύνει] Lectio suspecta: Nam visus horum boum non est hebetior, quam boum aliorum, sed cornua prohibent, quominus in anteriora prospicere possint. Ælianus, πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῖς ἐστι τὰ κέρατα, καὶ ὁρᾶν οὐκ ἐᾷ τὰ πρὸ τῶν ποδῶν. Et ipse Philes paulo ante, Ἐπεί γε, φησίν, οὐχ ὁρῶσι τὰ πρόσω. Quare vix dubito, quin legendum sit, Τὴν προοπτικὴν δύναμιν, *prospiciendi facultatem.* Sic nihil facilius aut accommodatius. πρόπτης pro προόπτης similiter habemus, & φροίμιον pro προοίμιον, ut

alia

ΠΕΡΙ ΕΧΙΟΣ.

Εχις δὲ θερμὸς προσπλακεὶς τῇ συζύγῳ,
Καὶ τὸν τέως ἥδιστον ἀνύσας γάμον,
Κεῖται φονευθεὶς ὑπὸ τῆς ἐραστρίας·
Τȣ́τȣ σὺν ὀργῇ λανθανόντως ἐμφύσης,
Καὶ τὸν σοβαρὸν ἐκτεμȣ́σης αὐχένα.
Πλὴν ἀλλ᾽ ὁ μὲν τέθνηκεν, ἡ δὲ νῦν κύει.
Μετὰ δὲ μικρόν τινα τὰ βρέφη χρόνον,
Τὴν μητρικὴν ῥήξαντα νηδὺν ἐξέδυ.
Μὴ γȣ̃ν τετιμώρηκε τῷ φυτοσπόρῳ;
Εχις δὲ καὶ μύραινα συνδυαζέτην·

alia id genus nunc omittam. Bersmannus duce Camerario edidit, Τῆς ὄψεως τὴν δύναμιν &c.

ΠΕΡΙ ΕΧΙΟΣ] Liber Anglicanus addit, ἢ ἐχίδνης. Vide Ælianum Lib. 1. Cap. 24.

2. Ηδιστον ἀνύσας γάμον] Bersmannus & Camerarius, ἥδιστον ὡς᾽ ἀνύσας γάμον.

3. Κεῖται φονευθεὶς ὑπὸ τῆς ἐραστρίας] Editio Bersmanni, ὑπαὶ τῆς ἐραστρίας. An ita voluit Versui succurrere? Nihil insulsius. Sed Operas peccasse arbitror, ipsumque Discipulum scripsisse cum Magistro suo, vel Κεῖται φονευθεὶς τῆς ὑπαὶ ἐραστρίας, vel Κεῖται φονευθεὶς τῆς ἐραστρίας ὑπό. Attende, alterutrum promittit eorum indoles.

4. Τȣ́τȣ σὺν ὀργῇ λανθανόντως ἐμφύσης] Nonne scribendum, Τȣ́τῳ σὺν ὀργῇ λανθανόντως ἐμφύσης? Alias τȣ́τȣ arcte copulandum esset cum voce ὀργῇ, & casus patrius pro agendi haberet patiendi significatum: Sed hoc durius certe & coactius. Ælianus, ἐμφῦσα γὰρ αὐτȣ̃ τῷ τραχήλῳ, διακόπτει αὐτὸν αὐτῇ τῇ κεφαλῇ. Ita loquuntur Græci, ut ipsi Tyrones sciunt. Bersmannus & Camerarius, Τȣ́τȣ σὺν ὀργῇ λανθανόντως ἐχομβύσης. Sic τȣ́τȣ convenit.

5. Καὶ

70. DE VIPERA.

Circumplicatus compari mas vipera,
Postquam peregit nuptias suavissimas,
Dira peremtus cæde conjugis jacet.
Namque uxor iram clam tenens, amplexibus
In mutuis morsu viri caput occupat.
Illoque prægnans ipsa fit demortuo.
Sed paululum post fœtus adolescens moræ,
Materna rumpit exiturus viscera,
Letum satoris ecquid ultus fortiter?
Muræna amore & vipera ardent mutuo,
Hæc

5. Καὶ τὸ σοβαρὸν ἐκτεμούσης] Bersmannus & Camerarius, Σοβαρόν σ' ἐκείνου ἐκτεμούσης.

7. Μελὰ δὲ μικρόν τινα τὰ &c.] Bersmannus & Camerarius, Μετὰ δὲ μικρόν τιν' αὐτὰ τὰ &c.

10. Ἔχις δὲ καὶ μύραινα &c.] Ælianus Lib. 1. Cap. 50. & Lib. 9. Cap. 66. Hunc murænæ cum vipera congressum Rondeletius fabulosum putat, murænæque maritum censet myrum: Nescio, an satis provide ex loco Aristotelis Lib. 5. Cap. 10. de Histor. Animal. Nam illa, τὸν μὲν ἄῤῥενα, τὸν δὲ θήλειαν, ad σμύρον pertinere videntur, qui genere & sexu distinguitur, maremque habet & fœminam. Si de Myræna intelligendum esset, pro posteriori τὸν scribendum esset τὴν. Majus autem discrimen inter myrum & murænam constituit Aristoteles, quam inter marem & fœminam ejusdem generis constitui solet vulgo. Et sic etiam Athenæus Lib. 7. Convivii, ubi Aristotelis locum exscribit, & diversis Articulis de myro & muræna agit: Plura alias. Illud nunc silentio præterire non possum, quia in rem est Aristotelis, cujus eruditionem colo: Locum Philosophi pleniorem in Libris suis legit Athe-

Ο μὲν πρὸς αὐτὴν τῆς ὀπῆς ἐξερπύσας,
Η δὲ πρὸς αὐτὸν ἐκ ῥοῆς ἀνηγμένη.
Καὶ πρὶν, βασιλεῦ, συνδραμεῖν εἰς τὸν γάμον,
Εμεῖ τὸν ἰὸν ὡς γλυκὺς ὁ νυμφίος,
Καὶ τοῦ συριγμοῦ ταῖς ἴυγξιν αὐτίκα
Παρακαλεῖ πρὸς λέκτρα τὴν ἐρωμένην.
Καὶ τοῦ παρ᾽ ἀμφοῖν συντελεσθέντος γάμου,
Ο μὲν τὸν ἰὸν αὖθις ἀνιμήσατο,
Καὶ κατὰ τῆς γῆς θᾶττον ἑρπύσας ἔδυ,
Η δὲ πρὸς ὑγρὰς ἀπενήξατο τρίβους.

ΠΕΡΙ ΤΙΝΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΙΧΘΥΩΝ.

Πρηστὶς, κριὸς, ζύγαινα, πάρδαλις, λέων,

Καὶ

næus, quam Nos eum hodie legimus in Libris noſtris: Scribit enim, Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πέμπτῳ ζώων, ἐκ μικροῦ φησὶν αὐτὴν ταχεῖαν τὴν αὔξησιν λαμβάνειν, καὶ εἶναι καρχαρόδουν, τίκτειν τε πᾶσαν ὥραν μικρὰ ᾠά. Ubi nunc eſt καρχαρόδουν in iſto Capite 10. Libri 5? Nullibi, nullibi: At ibi fuit quondam: Scilicet pro iſtis, ἡ μὲν γὰρ σμύραινα, διαφόρως ποικίλον καὶ ἀσθενέστερον, ſcriptum olim in Libris ſyncerioribus, ἡ μὲν γὰρ σμύραινα, διαφόρως ποικίλον, καὶ ἀσθενέστερον, καὶ καρχαρόδουν. Et hoc appoſitum, quia ſic a dentibus etiam diſtinguuntur myrus & muræna, ut lex oppoſitionis & ſcopus Philoſophi requirunt. Nunc de myri dentibus ibi agitur tantum, & de illis murænæ ne verbum profertur unum: Perperam & incondite, ut quiſque paulo oculatior videt. Sed hoc in tranſitu. Liber Anglicanus hiſce Titulum præfigit novum, Περὶ ἔχεως καὶ μυραίνης:

Nul-

Hæc ex latebris ad puellam prodiens,
At illa fluminis relinquens alveum.
Sed ante jungant quam viciſſim gaudia,
Sponſus venenum vomitione rejicit,
Ac illicis canore ſibili, vocat
Jugalis ad lecti cupitam munera.
Ambobus expletisque poſt libidine,
Virus reſorbet vipera quod ejecerat,
Subitque terræ protinus cavernulas,
At humidas muræna tranat ſemitas.

71. DE QUIBUSDAM MAGNIS PISCIBUS.

Preſtis, aries, zygæna, pardalis, leo,

In-

Nullo jure aut merito.

13. Καὶ πρὶν, βασιλεῦ] Berſmannus & Camerarius, Καὶ πρὶν δὲ, βασιλεῦ.

16. Παρακαλεῖ πρὸς λέκτρα] Berſmannus & Camerarius, Παρακαλεῖ πρός γε λέκτρα. Euge, euge.

19. Καὶ κατὰ τῆς γῆς] Berſmannus & Camerarius, Ἠδὲ κατὰ τῆς γῆς.

ΠΕΡΙ ΤΙΝΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΙΧΘΥΩΝ] In Libro Anglicano Titulus hic duplex: Unus generalis, Περὶ τῶν ζώων τῶν ἐνύδρων, Alter particularis, Περὶ τῶν κητῶν: Dix mus ad principium hujus Libelli. Apud Arſenium Titulus eſt nullus, & hunc ipſum de ſuo iterum addidit Berſmannus. Junge Ælianum Lib. 9. Cap. 49. Lib. 2. Cap. 13. Lib. 11. Cap 24. & Lib. 15. Cap. 2.

1. Λέων] Accurate hic diſtinguendus ab illo Leone, de quo Ælianus Lib. 14. Cap. 9. & Plinius Lib. 32. Cap. 11.

Καὶ φύσαλος, μέγιστος κητῶν εὑρέθη.
Εἰσὶ δὲ νωθρὰ τῷ βαρὺν ὄγκον φέρειν·
Καὶ φωτὸς ἰθύνοντος ἐστερημένα,
Ἡγουμένους ἔχουσιν ἰχθῦς τῶν τρίβων

A

2. Φύσαλος] Hic sine dubio est Aliorum φυσητὴρ: Ælianum sequitur Noster, Oppianum autem secutus est Ælianus: Vide Halieutica Lib 1. V. 365. & seqq. Longe diversus ab eo φύσαλος, de quo postea Auctor ex Æliano.

Ibid. Μέγιστος κητῶν εὑρέθη] Lectio inepta & prava: Nam de omnibus præcedentibus, non de uno Physalo, hic aliquid prædicandum erat: Legendum est, μέγιστα κητῶν εὑρέθη. Ælianus, Τῶν κητῶν τῶν μεγίστων, αἰγιαλοῖς καὶ ἠϊόσι καὶ ταῖς ἐλαφραῖς κολυμβώσαις καὶ βραχέσι χωρίοις προσπελάζει οὐδέν, οἰκεῖ δὲ τὰ πελάγη, καὶ ἔστι μέγιστα, ὅ τε λέων &c. Nihil evidentius. Bersmannus Camerarium secutus, edidit, κητῶν μέγιστος εὑρέθη: Si veram lectionem potuissent olfacere, verborum ordinem non mutassent boni.

3. Εἰσὶ δὲ νωθρὰ τῷ βαρὺν &c.] Bersmannus & Camerarius, Εἰσὶν δὲ νωθρὰ τῷ φέρειν ὄγκον βαρύν.

5. Ἡγουμένους ἔχουσιν ἰχθῦς τῶν τρίβων] Hoc nimis vagum: Ælianus satis adstricte Lib. 2. Cap. 13. Τὰ κήτη τὰ μεγάλα ὀλίγου πάντα ἄνευ κυνῶν, δεῖται τοῦ ἡγεμόνος, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐκείνου ἄγεται· ἔστι δὲ ἰχθὺς μακρὸς καὶ λεπτὸς, τὴν κεφαλὴν προμήκης, στενὸν αὐτῷ τὸ οὐραῖον συμπέφυκεν, ὡς οἱ τούτων λέγουσι σοφοί. Ubi scribendum est procul dubio μικρὸς: Ipse Auctor postea, Ἡ τοίνυν τοῦ βίου ὑπόδειξις τῷ μεγίστῳ τὸ βράχιστόν ἐστιν: Quod exiguitatis notam præcessisse clamat: quæ nulla tamen est, si μακρὸς retineas, quod magnum potius exhibet, quam parvum. Oppianus, quem Ælianus exscribere solet, Lib. 5. Halieut. V. 65. de cetis & pisciculo isto, Οὔτε γὰρ εἰσορόωσιν ἀπόπροθεν, οὔτε θάλασσαν Πᾶσαν ἐπιστείχουσι βαρυνόμενοι μελέεσσιν Ἠλιβάτοις· μάλα δ' ὀψὲ κυλινδόμενοι φορέονται. Τοὔνεκα καὶ πάντεσσιν ὁμόστολος ἔρχεται ἰχθὺς Βαιὸς ἰδεῖν, δολιχόν τε δέμας, λεπτὴ δέ οἱ οὐρή. Ἔξοχος, ὃς προκάροιθεν ἄλλος πόρον &c. Emphatice Poëta pro more suo piscis exiguum describit: Nam post βαιὸς ἰδεῖν, subjungit illustrationis vice, δολιχόν τε δέμας, λεπτὴ δέ οἱ οὐρή: Exiguus est piscis, & cum sit exiguus, non crassum ei est corpus, sed protensum, caudaque tenuis: Nihil signatius. Prius βαιὸς ἰδεῖν generale est, & sequentia distinctius enucleant. Rondeletius Lib. 16. de Piscib. Cap. 11. βαιὸν ἰδεῖν non existimabat dici posse piscem, cui δέμας est δολιχὸν, & λεπτὸς ἰδεῖν, aut aliquid simile reponendum

dum

Interque cetos physſalus grandiſſimus,
Cum mole vaſti ſunt inertes corporis:
Curſumque dirigente caſſi lumine,
Piſces per æquor prævios habent ſibi.

Qui

dum ſuſpicabatur, ne Oppianus cum Oppiano pugnaret: Quo jure, vides nunc. Ut dixi, ita centies Oppianus, quem Eruditiſſimus Medicus non triverat ſatis. Sed unde eſt, quod Ælianus ad ſolum caput reſtringat, quod Oppianus de toto corpore ſcribit? Id ego non ſatis intelligo, inprimis ubi Plutarchum jungo in Libello, utrum prudentiora ſint terrena animalia aquatilibus, ὁ δὲ καλλέμβρος ἡγεμὼν μεγέθει μέν ἐστι καὶ σχήματι κωβιῶδες ἰχθύδιον, τὴν δὲ ἐπιφάνειαν ὄρνιθι φρίσσοντι διὰ τὴν τραχύτητα τῆς λεπίδος ἐοικέναι λέγεται, καὶ ἀεὶ σύνεστιν ἑνὶ τῶν μεγάλων κητῶν, καὶ προνήχεται τὸν δρόμον ἀπευθύνων, ὅπως οὐκ ἐνσχεθήσεται βράχεσιν, οὐδὲ εἰς τέναγος ἤ τινα πορθμὸν ἐμπέσῃ δυσέξοδον. Gobii ſunt capite contracto, non oblongo; & qui κωβιώδης proinde eſt piſcis, non poteſt dici προμήκης τὴν κεφαλήν. An alios Auctores in eo ſequitur Ælianus? Certe illud λευκὸς non eſt apud Oppianum: Quare ab alio etiam mutuare potuit, quod ad formam capitis ſpectat: Niſi diſtinguendum ſit forte, ἔστι δὲ ἰχθὺς μικρὸς, καὶ λευκὸς τὴν κεφαλὴν, προμήκης, στενὸν &c. Multi ſunt piſces, qui colore in anticis & poſticis variant: Ex illorum genere etiam ſit piſciculus iſte, ſi diſtinctio placeat. Plinius anteambulonem hunc cetorum muſculum vocat: Verba ſunt Lib. 11. Cap. 37. Hiſtor. Natural. *Muſculus marinus, qui balænam antecedit, dentes nullos habet: ſed pro iis, ſetis intus os hirtum, & linguam etiam ac palatum.* Cum quibus jungere debes Lib 9. Cap. 62. & Lib. 32. Cap. 11. Plinii muſculus Ariſtotelis eſt μυστίκητος: Nam ita Philoſophus Lib. 3. Cap. 12 de Hiſtor. Animal. ὁ δὲ δασύπους μόνος, καὶ αὐτὸς ἔχει τῶν γνάθων τρίχας. ἔτι δὲ καὶ ὁ μυστίκητος ὀδόντας μὲν ἐν τῷ στόματι οὐκ ἔχει, τρίχας δὲ ὁμοίας ὑείαις. Nihil apertius. De muſculi forma accurate Rondeletius Lib. 16. Cap. 11. de Piſcib. Quam ubi perpendo, mirum videtur mihi, eum balænæ datum fuiſſe ducem: Nam eadem ratio, quæ ducem balænæ exigit, ſi non magis, certe non minus militat in muſculo: Animal quippe eſt, quod balænam magnitudine æquat, & pinguedine ſuperat. Neque hoc ſolummodo mirum, ſed mirum etiam, cur Plinius tantam belluam muſculum vocaverit: Nam vox diminuta hic certe non quadrat; nec nomen Ariſtotelicum eam

pro-

Α κατόπιν τέμνοντα τὸν ῥᾶν τὸν μέγαν·
Πατάσσεται γὰρ τοῖς πλεροῖς τῶν συννόμων,
Η τᾶ πρόσω κύματος ἀντιτυπία.
Χαίνᾶσι, καὶ λάπτᾶσι καθάπερ κύνες,
Ως ἂν τὸν ἑσμὸν ἐκροφῆ τῶν ἰχθύων,
Καὶ τὴν παρεμπίπλᾶσαν ἀφθόνως ὕλην.

Τᾶ-

prodit, cum ne quidem muris appellatio in eo insit aut inesse possit: Procul enim a mure abest μυστι, & longe aliud sonat. Res ambigua est, nec ratio nominis constat. Sed & Græcum apertum non est, ut dicam, quod debeo: Nam quid illud μυστι & vocis dimidium? Nihil certe, nihil. Mystica non amo, & ea facile aliis concedo: Visne apertiora? Fors levis error est in voce Græca, & apud Aristotelem pro μυστίκητος legendum est μυστάκητος. μύσταξ labrum superius est & pili in eo innati: Musculus autem utramque maxillam habet pilis obsitam, qui densiores & setis suillis similes, oris & linguæ sunt munimen: Quare non illepide μυστάκητος dictus est cetus, qui μύστακα habet, eaque est insignis. Sentisne? Sic ratio nominis constat, & a pilis istis præcipuis commode deducitur. Quamobrem nunc denuo miror, cur Plinius musculum vocaverit belluam: An tamen ex μυστίκητος, quod in Libris suis etiam invenit Plinius, nomen detorsit, & primam syllabam ad murem retulit? Si ita sit, imperite fecerit profecto. Ego hæreo, & res est obscura. Visne iterum apertiora? Fors Libri Pliniani sunt depravati: Piscem parvum, qui belluarum marinarum dux sit, quin recte musculum dixerit Plinius, dixerint Alii, nullus ego dubito: Et hunc intelligere possumus Libri 9. Capite postremo: Duo alia Loca forte *Musculum* habent pro *Mystacetum*, quod nomen Aristotelis Græcum expresserit. Sic in nominibus nulla est absurditas, & Plinius belluam non dedit belluæ ducem, sed cum Oppiano & Aliis sentiens, inter belluas duce indigentes recte etiam retulit suum & Aristotelis cetum: Compendia vocum errores excluserunt infinitos, & *Musculus* ex *Mystacetus* ita facillime enasci potuit: Nihil hactenus probabilius aut paratius. Sed inquies; Libro 11. Cap. 37. legere non possumus *Mystacetus*, quia de *musculo*, *qui balænam antecedit*, lo-

Qui fluctuum retro ſecantes impetum,
Adverſa pinnis namque pars conſortium
Pulſatur ingruentis undæ cominus,
Hiant, canumque more lambunt, piſcium
Ut glutiant examen, & quod affatim
Immane victus in barathrum proruit.

Ho-

loquitur Auctor; & ſi ita etiam legere poſſimus; nihilominus belluam Plinius dedit belluæ ducem. Fateor, ita eſt, ſi verba Plinii accipiantur, ut vulgo accipi ſolent: Sed ut tandem aliquando dicam, quod ſentio, nunquam in animum inducam, ut credam, Plinium adeo fuiſſe ineptum, ut piſcem, qui præ magnitudine & pinguedine ſua duce indigeat ipſe, alii æque magno, & ſi vis, æque etiam obeſo appoſuerit ducem. Id enim ipſa ratio naturalis vetat, & nemo fecerit, cui mens eſt ſana in corpore ſano. Quid igitur? Verba illa, *qui balænam antecedit*, explico, qui balænam vincit, qui balænam ſuperat; cujus magnitudo eſt tanta, ut ipſam balænam magnitudine vincat: Ita *antecedere* apud Latinos ſumitur plus ſemel: Celeberrimus eſt locus Petronii in Satyrico, *Quænam eſt, inquit, hæc audacia? aut ubi & fabulas anteceſſura latrocinia didiciſtis?* Quem Joannes Fredericus Gronovius & Nicolaus Heinſius ſimiliter expoſüerunt perbene: Alia nunc conquirere nolo. Perquam autem appoſita eſt illa σημασία in loco Pliniano, & ipſe Plinius perquam etiam appoſite Myſtaceti magnitudinem allegavit, quia mirum videri poterat belluam, cum tanta ſit, dentibus tamen carere, quos ipſa fere minutiſſima habent: Attende, videbis veriſſimum eſſe, quod dico. Sic tandem lux eſt in his ſpiſſis tenebris, & nullum inter Plinium & Alios de cetorum duce diſſidium, nec quicquam etiam in illis, quæ de his ſcripſit Plinius, ineptum aut abſonum.

6. Α κατόπιν τέμνοντα] Berſmannus & Camerarius, Α τε κατόπιν τέμνοντα.

7. Κύματος ἀντιτυπία] Berſmannus & Camerarius, κύματος ἄρ' ἀντιτυπία.

9. Καὶ λάπτουσι καθάπερ κύνες] Berſmannus & Camerarius, ἐ λάπτουσι καθάπερ οἱ κύνες.

 12. Ὡς

Τούτων δὲ κἂν ἓν, ὡς Θεόφραστος λέγει,
Εναῤῥαγῇ πρὸς ὕψος ἐκ τοῦ πυθμένος,
Παπαὶ κλύδων πόῤῥωθεν, οὐκ ὄντος γνόφου,
Καὶ χέρσος ὑγρὰ, ϗ κινούμενος λόφος.

ΠΕΡΙ ΔΕΛΦΙΝΟΣ ΜΕΤΑ ΠΑΡΕΝΘΗΚΗΣ ΠΕΡΙ ΛΕΟΝΤΟΣ.

Ιχθὺς ὁ δελφὶς, ἀλλ᾽ ἂν ἴδοι ναυτίλους,
Σκιρτᾷ πρὸς αὐτοὺς, ἀναφυσσῶν ἀσμένως,
Καὶ συμπαραπλεῖ, ϗ προπέμπει τὸ σκάφος.
Αὔραν δὲ τῷ πλῷ σωστικὴν προμηνύει,
Καὶ μετρίου κύματος ὑπτίαν χύσιν,
Ηδιστον ἀφρὸν ἐκδιδοὺς τῶν ἁλμάτων.
Εχων δὲ τὴν κίνησιν εἰς πάντα χρόνον,

Ει

12. Ως Θεόφραστος λέγει] Videndum, an locus Theophrasti in Libris superstitibus reperiatur: Mihi nunc quærere non vacat.

13. Εναῤῥαγῇ πρὸς ὕψος ἐκ τοῦ πυθμένος] Εναῤῥαγῇ verbum nihili est hoc loco: Scribe, Αναῤῥαγῇ πρὸς ὕψος, *Erumpat sursum, feratur cum eruptione sursum.*

15. Κινούμενος λόφος] Ita etiam Liber Anglicanus: Bersmannus edidit, κινυμένης λόφος: Nescio, qua de causa. Sed ita fortasse Operæ.

ΠΕΡΙ ΔΕΛΦΙΝΟΣ ΜΕΤΑ &c.] Duæ voces primæ in Editione Arsenii & Libro Anglicano extant, aliæ a Bersmanno adjectæ sunt. Et hæc desumta sunt ex Æliani Lib. 1. Cap. 18. Lib. 5. Cap. 4. Lib. 10. Cap. 8. Lib. 11. Cap. 12. & 22. Lib. 12. Cap. 12. & Lib. 15. Cap. 17.

2. A-

Horum vel unus, ut Theophraſtus refert,
Surſum profundo ſi feratur gurgite,
Heu quanta ſurgit fluctuum vis eminus,
Tellurem aquarum montibus cooperiens.

72. DE DELPHINE CUM INSERTIONE DE LEONE.

Delphinus ille piſcis obviam ruens
Nautis, ſecundo hos provehit ſpiramine,
Adremigansque ovat ratem præmittere.
Auramque navibus ſecundam nunciat;
Cum deflui fluctus ſupina aſpergine,
Gratam ſuis ſpumam ciet tripudiis.
Nec ſiſtit ullo motionem tempore,

Nec

2. Ἀναφυσῶν ἀσμβρους] Berſmannus & Camerarius, κἀναφυσῶν ἀσμβρους.

5. Καὶ μετρίω κύματος &c.] Berſmannus & Camerarius, Καὶ μετρίου δὲ κύματος &c.

6. Ἥδιστον ἀφρὸν ἐκδιδοὺς τῶν ἁλμάτων] Aliter Plinius Lib. 18. Cap. 35. Hiſtor. Natural. *Atque etiam in campis tempeſtatem venturam præcedens ſuus fragor, cæli quidem murmur, non dubiam habet ſignificationem. Præſagiunt & animalia. Delphini tranquillo mari laſcivientes flatum, ex qua veniunt parte: item ſpargentes aquam turbato, tranquillitatem.* Et hoc nautarum & piſcatorum teſtimonio dicitur comprobatum. An forte ſcripſit Philes, Ἥκιστον ἀφρὸν ἐκδιδοὺς τῶν ἁλμάτων? Ἥκιστον, *minimum*, ἐλάχιστον: Cum modeſte tripudiant, & ita, ut ſpuma

 tri-

Εἰ δή τι μικρὸν καὶ καθεύδει τὴν φύσιν,
Εὐθὺς ἀναδὺς ἐξ ἀδήλου πυθμένος,
Κεῖται καθ' ὑγρῶν ἐκλαθεὶς ἐπὶ στόμα.
Καὶ τοῦ βάρους ἄνωθεν ὁρμῶντος κάτω,
Κρουσθεὶς ὑπ' αὐτοῦ καθάπαξ τοῦ δαπέδου,
Ανατρέχει πρὸς ὕψος ἐκ βάθους πάλιν.
Λέων μὲν αὖ πίθηκον εἰ γηρῶν φάγοι,
Πρὸ τοῦ Γαληνοῦ δεξιοῦται τὴν φύσιν.
Καὶ γὰρ ἀνηβᾷ καὶ σφριγᾷ τῷ φαρμάκῳ.
Δελφὶς δὲ καμὼν ἐξορίζει τὴν νόσον,
Οταν φάγοι πίθηκον ἰχθὺν ἀφθόνως.
Τοκὰς δὲ δυοῖν εὑρεθεῖσα φιλτάτοιν,
Η δελφὶς ἡ θήλεια, τοῦ γένους χάριν,

Ἐδει-

tripudio excitetur minima. Attende, hoc satis probabile est, & pulchre ad ὑπτίαν μετρίου κύματος χύσιν sese refert.

9. Εὐθὺς ἀναδὺς &c.] Bersmannus & Camerarius, Οδ' εὐθὺς ἀναδὺς &c.

12. Κρουσθεὶς ὑπ' αὐτοῦ καθάπαξ &c.] Bersmannus & Camerarius, Κρουσθεὶς ὑπ' αὐτοῦ γε καθάπαξ &c.

14. Λέων μὲν αὖ πίθηκον εἰ γηρῶν &c.] Hoc Ælianus non dicit, & si ita scripsit Philes, cum negligenter exscripsit: Vide locum Libr. 15. Cap. 17. Mirum autem, quod de Delphino scribat, quæ Ælianus scribit: Nam ubi de Leone & Delphino junctim loquitur Ælianus, Auctoris Nostri par debebat esse in utroque incuria. An vitium forte delitescit, & legendum est, εἰ καρῶν φάγοι? κάρος gravedo est, quæ ex cibi nimietate non minus oritur, quam ex nimietate vini: Inde καρῶν pro tali gravedine laborare. Notissimum autem est illud Plinii de Leone, *Ægritudinem fastidii tantum sentit, in qua medetur ei contumelia, in rabiem agente annexa-*

ram

Nec cum soporis grata carpit munera.
Tunc namque sublatus profundi gurgite,
Prono per æquor ore summum sternitur,
Ipsumque mole deprimente corporis,
Expergefactus ad solum appulsu, maris
Ad summitatem emergit imò tramite.
Leo senescens simiam si devoret,
Non hac Galeni malit auxilium sibi,
Ætate pollens & vigore, hoc pharmaco.
Delphinus ægrotans marinæ simiæ
Pastu medetur sanitati perditæ.
Et cum gemellos nixibus det fœmina
Delphis, propagatura stirpem sanguinis,

Amo-

ram lascivia simiarum. Gustatus deinde sanguis in remedio est. Et sic etiam ipse Ælianus Lib. 5. Cap. 39. Quare apposite morbum Leonis ad gravedinem & fastidium illud retulit Philes: Quem cum non satis intelligeret aliquis imperitior, qui Ælianum fortasse legerat, καρῶν perperam mutavit in γηρᾶν, quia de senectute etiam loquitur Ælianus, & mox ἀνηβᾷ & σφριγᾷ sequitur: Quæ ibi non proprie, sed figurate accipienda sunt, ut centies alibi: Refocillari enim & vigorem recuperare ἀνηβᾷν & σφριγᾷν sæpe dicunt Græci, ut Eruditi sciunt. Hæc autem utraque pulchre opponuntur τῷ καρῶν, quod animum hebetat & revera efficit vetulum. Judica, Lector: Hæc mihi certe non displicent. Pro μὴ αὖ in Libro Anglicano est μὴ ὤν: Quod nemo aspernabitur, qui Philen novit.

17. Δελφὶς δὲ χαμὼν ἐξορίζει] Bersmannus & Camerarius, Καμὼν δὲ δελφὶς ἐξορίζει.

19. Τοκὰς δὲ δυοῖν] Bersmannus edidit, Τοκὰς δὲ δοιοῖν.

Ἔδειξε φιλόστοργον, ὡς χρὴ, τὴν φύσιν.
Προέρχεται γὰρ ἐν μεγίστοις κινδύνοις,
Ἕως ἂν ἡ δύναμις αὐτοὺς ἐξάγειν.
Παρὸν δὲ βιοῦν εἰς νομὰς ἀκινδύνους,
Ἡδ' εὐθὺς ἀνῄρηται σὺν τῷ νηπίῳ,
Εἴ τις ἁλιεὺς ἢ τομὸν ῥίψας βέλος,
Ἢ τρίχα πλεκτὴν, ἢ κεκεντισμένον βρόχον,
Ἀνεῖλεν αὐτῷ γειτνιῶν τῇ πορθμίδι.
Τρέφει δὲ καὶ γάλακτι λευκῷ τοὺς τόκους,
Προθεῖσα μαζοὺς ὡς λεχὼ παιδοτρόφος.
Δελφὶς δὲ ληφθεὶς ἐντελὴς τῷ δικτύῳ,
Τέως μὲν ἡσύχασε τὴν τύχην φέρων,
Καὶ τοὺς παρεμπίπτοντας ἰχθῦς ἐσθίων·
Ἐπεὶ δὲ τῆς γῆς ᾔσθετο ψαύσας μόνον,

Τὸν

21. Ἔδειξε φιλόστοργον] Bersmannus & Camerarius, Ἔδειξε τὴν φύσιν φιλόστοργον πάνυ.

23. Ἕως ἂν ἡ δύναμις αὐτοὺς ἐξάγειν] Margo Libri Anglicani, Ἕως ἂν ἡ δύναμις αὐτοὺς ἐξάγῃ: Non bene, ut quisque videt. Bersmannus & Camerarius inter ἡ & δύναμις interposuerunt particulam γε.

24. Παρὸν δὲ βιοῦν εἰς &c.] Bersmannus & Camerarius, Παρὸν βιοῦν δέ τ' εἰς &c.

26. Εἴ τις ἁλιεὺς ἢ τομὸν] Bersmannus & Camerarius, Εἴ τις ἁλιεὺς ἤτοι τομὸν.

27. Ἢ τρίχα πλεκτὴν, ἢ κεκεντισμένον βρόχον] Prius lineam cum hamo, quem ἀκίδα vocat Ælianus, posterius sagenam denotat: Interpres obscurius: Quare moneo in gratiam rudiorum.

28. Ἀνεῖλεν αὐτῷ γειτνιῶν τῇ πορθμίδι] Liber Anglicanus; Ἀνεῖλεν αὐτὸν: Scilicet τὸν νηπίον: Ita legendum est

Amore natos intimo complectitur.
Nam præit illis in periculi metu,
Dum quæ salutem pandat afflictis via.
Cumque ipsa possit aleam extra degere
Discriminis, cum filio capitur lubens,
Si forte jactu sauciantis fuscinæ
Piscator, aut reti, aut retortis funibus,
Comprendit ambos applicans navem freto.
Nutritque fœtus lacte, præbens ubera
Lactantis infantem in modum puerperæ.
In retia actus fert quiescens paullulum
Delphinus adversas procellas casuum,
Ac piscium incidentium esu pascitur:
Sed litus ubi se contigisse percipit,

Rup-

est sine dubio. Vulgata non est unius assis: *Mater statim interimitur cum filio, si piscator eos interfecerit ambos.* Quid hoc? Nonne murmur inconditum & stultitia mera? De eo dubitet nemo, cui cor recte salit. Interpres tamen istas ineptias non modo arripuit, sed pessime etiam γειτνιῶν τῇ πορθμίδι, vertit, *navem applicans freto*: Ac si πορθμὶς scilicet hic fretum significaret. Apage, apage nugas nugis appositas. πορθμὶς hoc loco navicula est piscatoria, & vertendum, *ei vicinus navicula sua.* Ælianus, ὅταν ἢ αἴσθηται κάμνοντα καί πως περιειρῦεν ἐκ τοῦ τραύματος, ἡσυχῇ παρ' αὐτὸν ἄγει τὴν ναῦν, καὶ ἔχει τὴν ἄγραν. Id secutus est Noster, & ita expressit jure suo: Nihil apertius.

30. Προβεῖσα μαζοὺς] Bochartus in Hierozoico, Προθεῖσα μαζοὺς: Non male: Vulgatam tamen non muto.

36.

Τὸν κύρτον εὐθὺς ἐκτεμὼν ἀπηλλάγη.
Αὔλου δὲ τυχὼν, καὶ στερηθεὶς βραγχίων,
Ἔμεινε παντὸς ἀλλικώτερος γένους.
Πνοῆς γὰρ ὁλκὴν ἐνλαθεῖσαν τοῖς πόροις
Παρακρατῶν καθάπερ ἀνὴρ τοξότης,
Τινάσσεται μὲν, ὡς ὑπόπτερον βέλος·
Πλωτοῦ δὲ παντὸς ὑπεράλλεται σκάφους.
Καὶ φιλόμουσός ἐστιν ἡ τούτων φύσις,
Καὶ θέλγεται μὲν εἴ ποτ' ἀκούει λύρας,
Βδελύττεται δὲ τοὺς κενοὺς αὖθις κτύπους.
Προνήχεται δὲ τῶν κατ' αὐτοὺς ταγμάτων
Ὁ τῶν νέων ὅμιλος, αἱ δὲ μητέρες,
Ἑξῆς μετ' αὐτούς· πρὸς δὲ ταῖς θηλυτέραις
Ἴδοι τις ἂν φάλαγγα πυκνὴν ἀῤῥένων,

Φρου-

36. Αὔλου δὲ τυχὼν, καὶ &c.] Bersmannus & Camerarius, Αὔλου τυχὼν δὲ, καὶ &c.

39. Παρακρατῶν καθάπερ ἀνὴρ τοξότης &c.] Si ita reliquit Philes, misere ineptiit: Nam ſpiritus in corpore & corporis meatibus retentus, quid, quæſo, ad virum ſagittarium? Illene ſpiritum continet, ut ſic ſagitta & longius & citius feratur? Nugæ, & nugarum nugæ. Nam id omne a nervo & nervi intenſione, ut ipſi pueri ſciunt. Ælianus aliter ex Ariſtotelis Lib. 9. de Hiſtor. Animal. Cap. 48. ὑπερπηδᾷ γοῦν καὶ ναῦν, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει. καὶ τήν γε αἰτίαν πειρᾶται προστιθέναι· καὶ ἔστιν αὕτη, συνεχὲς τὸ πνεῦμα. ὥσπερ οὖν καὶ οἱ ὕφυδροι κολυμβηταί· καὶ γάρ τοι καὶ ἐκεῖνοι καὶ οὗτοι συντείναντες ἔνδον τὸ πνεῦμα, ὥσπερ οὖν νευρᾷ, εἶτα τὸ σῶμα ὡς βέλος ἀφιᾶσι· τὸ δὲ θλιβόμενον, φησιν, ἔνδον ὠ-

θεῖ-

Ruptis ſagenæ vinculis elabitur.
At fiſtulam gerens, carensque branchiis,
Genus animantium omne vincit ſaltibus.
Poris repreſſo namque flatu ſpiritus,
Vibrat per undas corpus, ut ſagittifer
Impellit incurvis ſagittam cornibus,
Maloſque ſaltu navium ſupervolat.
Et Muſicæ eſt natura amans, & dulcibus
Mulcetur inprimis lyræ concentibus,
Vanoſque abhorret audiens vocis ſonos.
Viam per undas cum ſecant, his prænatat
Juvenum manus, ſequente matrum cominus
Turba, virumque fœminas cernas prope
Turmam ſubire præſidum, ſatellitum,

Du-

θεῖται, καὶ ἐξακοντίζει αὐτούς. Quid plura? Fallor, aut boni Amanuenſes vel inficeti Critici ex ſequenti ὑπόπλεον βέλος procuderunt nobis τοξότην illum ἄνδρα: Ipſe Auctor ſcripſit manu ſua, Παρακρατῶν καθάπερ ἀνὴρ ὁ δύτης. Sic urinatorem hic etiam habemus opportune, & omnis ſublata eſt ineptiarum materies. Bersmannus Camerarium ſecutus, pro ἀνὴρ τοξότης edidit ἀνήρ γε τοξότης.

41. Πλωτῷ δὲ παντὸς &c.] Bersmannus & Camerarius, Υπεράλλεται δὲ πλωίμου παντὸς σκάφους.

42. Καὶ φιλόμουσός ἐστιν] Bersmannus & Camerarius, Ηδὲ φιλόμουσός ἐστιν.

43. Καὶ θέλγεται μὲν εἴποτ' ἀκούει] Berſmannus & Camerarius, Καὶ θέλγεται μὲν εἴποτ' ἄρ' ἀκούει. Liber Anglicanus pro εἴποτ' habet εἴπερ.

47. Εξῆς μετ' αὐτοὺς πρὸς δὲ &c.] Bers-

Φρȣρῶν, ὀπαδῶν, ȣ̓ραγῶν, ὑπερμάχων.

ΠΕΡΙ ΤΡΩΚΤΟΥ.

Τρώκτης δὲ χαλκȣ͂, βασιλεῦ, παλινςόμȣ
Σοφαῖς ἑαυτὸν μηχαναῖς ὑπεξάγει.
Καὶ γὰρ ἀνωθεῖ τὴν βολὴν πρὸς τὸν βρόχον.
Κἂν μὲν τὸ λυπȣ͂ν εὐχερῶς ἀποπλύσῃ,
Ἰδȣ̀ νικητὴς, καὶ δρομεὺς, καὶ γεννάδας.
Εἰ δ' ȣ̓, διασπᾷ τοῖς ὀδȣ͂σι τὴν τρίχα.
Καὶ γὰρ ἔχει τὴν κλῆσιν ἐκ τῶν τραυμάτων.
Εἰ δ' ȣ̓κ ἐφικτὸν ἐκτεμεῖν τὸ συνδέον,
Τοῖς ἀνθελιγμοῖς τῆς πλοκῆς ἐσφιγμένον,

Χω-

Bersmannus & Camerarius, Ἐξῆς μετ' αὐτȣ́ς· παῖς δὲ θηλυτέραις πάρα.

ΠΕΡΙ ΤΡΩΚΤΟΥ] Ælianus Lib. 1. Cap. 5.

1. Τρώκτης δὲ χαλκȣ͂, βασιλεῦ] Assentior Rondeletio, qui hunc τρώκτην ab Oppiano & Aliis ἀμίαν dictum fuisse putat: Vide eum Lib. 8. de Piscib. Pro χαλκȣ͂ Bersmannus edidit χαλκοῖο.

3. Καὶ γὰρ ἀνωθεῖ τὴν βολὴν πρὸς τὸν βρόχον] *Etenim retrudit ferrum ad lineam*, ut sic scilicet non infigatur carni, sed extra carnem maneat: Alii pisces a linea recedendo faciunt ut hami aculeus infigatur acrius; hic contra hami aculeum eludit accedendo ad lineam, eumque sic vel leviter vel plane non infixum, ore tenet. Hoc est ἀνωθεῖν τὴν βολὴν πρὸς τὸν βρόχον. Ælianus, ἁλȣ̀ς ἀγκίστρῳ, μόνος ἰχθύων εἰς τὸ ἔμπαλιν ἑαυτὸν ȣ̓κ ἐπινάγει, ἀλλ' ὠθεῖται &c. βολὴ jactus est vulgo; hic pro ipso jaculo, & eo, quod jactum est, ponitur: Ita Græci plus semel. Pro Καὶ γὰρ ἀνωθεῖ Bersmannus & Camerarius Ἐπεί γ' ἀνωθεῖ.

4. Εὐχερῶς ἀποπτύσῃ] Margo Libri Anglicani, δυσχερῶς ἀποπτύσῃ: Male.

6. Ει

Ducumque qui claudunt agmen novissimum.

73. DE TROCTA.

Hami, Imperator, Trocta se curvamine
Subducit, artis singulari machina,
Unci in aciem sursum ruens ad lineam.
Quod si molestum æs expuens rejecerit,
Voti ecce compos arripit cursu fugam:
Sin fallat ausus, lineam morsu occupat,
Re comprobans nomen, quod habet a vulnere.
Sin funium nexus nequit præscindere,
Quos tortuosa colligant volumina,

Motu

6. Εἰ δ' οὖ, διαφυγὼν &c.] Hic etiam perperam scriptum erat, Εἰ δ' ἂν: quod non correxerat Bersmannus. Junge Cap. 26. & 35.

7. Καὶ τὸ ἴχι τὴν κλῆσιν ἐκ τῶν τραυμάτων] Malim τρωμάτων, quia id propius accedit ad τρώκτης. τρῶμα idem, quod τραῦμα: Glossæ Labbæi, Τρῶμα. *Polnus*. Ubi recte corrigunt *Volnus*. Hesychius, Τρώματα, τραύματα. Ita occurrit apud Herodotum Musa Prima. Junge Suidam in V. A τράω, τρῶ fit τρῶμα & τραῦμα. An apud Hesychium forte legendum, Τρώα, ἅρπη, δόρυ? A τρῶ scilicet τρώα pro instrumento, quod vulnera infligit, & hinc pro ἅρπη & δόρυ. Nunc minus recte legitur, Τρώα, ἀρπεδόνη. Nam vix est, ut τρώα pro pedica sumi possit, quæ illaqueando, non vulnerando inservit. Salmasius ibi scribebat, Τρώγα, ἀρπεδόνη. Imperite & nullo judicio: Nam nihil est in ἀρπεδόνη, cujus intuitu τρώγα dici possit, & ab ipsis vocibus exponendis manus Criticas certe abstinere debemus in dubio. Sed hoc in transitu: Plura suo loco.

9. Τοῖς ἀνθελιγμοῖς τῆς &c.] Paulo

aliter

Motu valens ad impetum convertitur:
Pollere ſaltu namque fertur concito:
Æs donec adraſum, excidenſque, liberet
Piſcem prehenſum, ſectione lineæ.
Sui coacta multitudine agminis,
Troctæ ruunt in ſegregatum a proximis
Delphinem, eumque morſibus, ritu canum
Hinc inde adorti, dentibus convellicant.
At ille diſcerptus repugnat acriter,
Secumque tollens hellúones pendulos,
Currus ſuis eſt hoſtibus miſerabilis.
Dirimente tandem prœlium ſed tempore,
Hi ſe quietis gratia retro ferunt,

Del-

13. Τομῇ τ̃ ἰχθῦν εὔπλεῳ] Si cum captura ſcilicet & morte comparatio inſtituatur: Accipiendum hoc cum mica ſalis. Nam iſtæ vibrationes, ubi hamus inhæret, ſine dubio vulnus efficiunt ſatis grave.

15. Ἐκραγεὶς τῶν συννόμων] Nonne melius legeretur hic, ἐκτραπεὶς τῶν συννόμων? Diſceſſus nihil violentum ſibi requirit.

16. Εὐθὺς γὰρ αὐτῷ συμπεσόντες ὡς κύνες, ἐνῆψαν &c.] Illud αὐτῷ jungendum eſt cum ἐνῆψαν: Nam συμπεσόντες αὐτῷ non recte dicitur eo ſenſu, quo hic accipiendum eſſet. Moneo in gratiam Naſutorum, qui locum habere poſſent ſuſpectum.

18. Ὁ δὲ σπαραχθεὶς ταῖς τομαῖς ἀνεῤῥάγη] Hic violentia requiritur, & rectum eſt ἀνεῤῥάγη, quod ſupra Cap. 71. cum ἀναῤῥαγῇ veriſſime commutavimus, ut conſtat etiam ex hoc ipſo loco.

22. Οἱ μὲν πάλιν ᾤχοντο] Editio Berſmanni, Οἱ μὲν πάλιν γ' ᾤχοντο.

Ὁ θὴρ δὲ φυγὼν τοὺς διώκτας ἀσμένως,
Οὓς αὐτὸς εἱστίασεν ἐκ τῶν σαρκίων,
Πρὸς τὴν ἑαυτοῦ συμφορὰν ἀπηλλάγη.

ΠΕΡΙ ΣΚΑΡΩΝ.

Τὶς ἀγεληδὸν συμπεσόντας τοὺς σκάρους
Εἰς πλεκτὸν ἀμφίβληστρον ἐξ οἴστρου βλέπων,
Ὅταν ἴδωσι θῆλυν ἁλόντα σκάρον,
Ἐξὸν παρελθεῖν ὁρμιᾶς μιᾶς δόλον,
Οὐχ εὗρε τοῦ ζῆν ἐγκρατῶς διδασκάλους;
Ἡδὺς ἔρως ἂν ἐκπυροῖ τὴν καρδίαν,
Εἰς τὰς ἐν ἀκμῇ φλεγμονὰς τοῦ σαρκίου.
Τὸ σύννομον πλὴν ἂν ἀλοὺς ἴσως μάθοι,
Παρακρατοῦσιν εἰσρεύντες ἀθρόοι.

Καὶ

23. Ὁ θὴρ δὲ φυγὼν τοὺς &c.] Bersmannus & Camerarius, Ὁ θὴρ φυγὼν δὲ τοὺς &c.

ΠΕΡΙ ΣΚΑΡΩΝ] Ælianus Lib. 1. Cap. 2. & Cap. 4.

1. Τὶς ἀγεληδὸν &c.] Bersmannus & Camerarius, Τίς δέ τ' ἀγεληδὸν &c.

3. Ὅταν ἴδωσι θῆλυν &c.] Bersmannus & Camerarius, Θῆλυν ὅτ' ἴδωσ' ἁλοῦσαν ἄρρενες σκάρον.

5. Οὐχ εὗρε τοῦ ζῆν ἐγκρατῶς διδασκάλους; Ἡδὺς ἔρως ἂν &c.] Hæc distinctio non arridet mihi: Nam ea admissa, ἂν referendum est ad scaros: Quod & per se incongruum est, & incongruum etiam facit præcedens ἐξ οἴστρου, quo scarorum nimia libido jam expressa est. Distinguendum igitur, Οὐχ εὗρε τοῦ ζῆν ἐγκρατῶς διδασκάλους, Ἡδὺς ἔρως ἂν —— τοῦ σαρκίου; *Non videt vitæ continentis magistros illis, Quorum cor suavis*

Delphinque convivis relictis, propriis
Quos pavit ipse carnibus famelicos,
Discedit haud lætus dolore vulnerum.

74. DE SCARIS.

Quis incidentes in sagenæ vincula
Videns scaros, amoris œstro percitos,
Conspexerint si fœminam captam mares,
Cum præterire lineæ possint dolos,
Hos continentiæ magistros non habet?
Quorum libido blandiens cor ustulat
Ætatis in vigore, carnis æstibus.
Gregalium si forte quem captum vident,
Consortium denso genus adest agmine,

Nec

vis amor &c? Sic ἂν καρδίαν recte homines respicit, & illos piscium discipulos: Articulus præponendus omittitur, eumque subaudire jubet alter postponendus. Ita Græci plus semel, ut Periti sciunt.

8. Τὸ σύννομον πλὴν ἂν ἀλῷς ἴσως μάθοι, Παρακρατοῦσιν &c.] Locus corruptus, & sensu idoneo destitutus: Nihil apertius. Scribe, Τὸ σύννομον πλὴν ἂν ἁλόντ' ἴσως μάθοι, Παρακρατοῦσιν &c. *Grex vero si captum forte viderit*. τὸ σύννομον idem, quod οἱ σύννομοι: Quare perbene sequitur nunc, Παρακρατοῦσιν εἰσρέοντες ἀθρόοι: Nam collectio numerum multitudinis amat. παρακρατοῦσιν est *retinent*, *duci prohibent*: Ælianus loco citato de Anthiis, τούτων γοῦν ἕκαστοι ὅταν νοήσωσι τεθηρᾶσθαι τὸν σύννομον, προσνέουσιν ὤκιστα· εἶτα εἰς αὐτὸν τὰ νῶτα ἀπερείδουσι, καὶ ἐμπίπτουσι ἐκ ἀθρόοι τῇ δυνάμει

Καὶ πολλάκις ἀφῆκαν αὐτοὶ τὸν φίλον,
Ὀδοῦσι πυκνοῖς ἐκτραγόντες τὸν βρόχον,
Καθάπερ αὐτοὺς ἱστορεῖ τοὺς ἀνθίας,
Ἀνήρ τις ἰδὼν τὰς νομὰς τῶν ἰχθύων.

ΠΕΡΙ ΚΕΦΑΛΟΥ.

Ποῖος δὲ τὸν κέφαλον ἰχθὺν, αὐτάναξ,
Εὔσπονδον εὗρων εἰς τὸ σύννομον γένος,
Ἐξ ὅπερ οὐδὲν οὐδὲ φαῦλον ἂν φάγῃ,
Εἰ μὴ σεσηπὸς καὶ προκείμενον τύχοι,
Γαστρὸς πονηρᾶς οὐ κρατεῖν ἐκμανθάνει;
Σιτούμενος γὰρ τὴν διάβροχον πόαν,

Ἀρ-

μει κωλύουσιν ἕλκεσθαι, Ita accipiendum est παρακρατεῖν. Pro μάθοι in Margine Libri Anglicani scriptum est λάθοι, quod calami errorem exhibet manifestum.

10. Καὶ πολλάκις ἀφῆκαν] Editio Bersmanni, Καὶ πολλάκις γ' ἀφῆκαν.

11. Ὀδοῦσι πυκνοῖς ἐκτραγόντες &c.] Quomodo socium ex nassa liberent scari, vide apud Ælianum, qui descripsit suo more Oppianum Lib. 4. Halieutic. non longe a principio: Ubi legendum est, στρέψας δὲ κάτω κεφαλήν τε καὶ ὄσσε, Ἔμπαλιν εἰς ὀπίσω ἀναχωρεῖ) ἔρχος ἀμείβειν. *Retro in eandam renatat, ut claustro evadat.* Elegans est modus infinitus, ut ipsi Tyrones non ignorant. Nunc pessime legitur ἕρκος ἀμείβων: Nam sic frustra de educendo socio laborant, qui sese jam eduxit ipse. Res est aperta.

12. Καθάπερ αὐτοὺς ἱστορεῖ &c.] Hoc temperamentum desiderat, & referendum ad Versum octavum & nonum: Nam quod duobus sequentibus dicitur, in Anthias non quadrat, quibus os est inerme & dentibus

Nec raro amicum liberant ab hostibus,
Admorsione queis tenetur funium.
Quod Anthias facere similiter, prodidit
Qui piscium instituta cognovit probe.

75. DE CAPITONE.

Nam quis, quis, o rex, piscium, Cephalum, in genus
Amoris intuens colentem fœdera,
Quorum nec abjectum quidem comederit,
Nisi putridum, vitæque cassum lumine,
Ventri imperare non didicerit prodigo?
Satur palustri graminis nam pabulo,

Haud

tibus carens. Vide Ælianum loco citato, & præcipue Oppianum Lib. 3. Halieutic. V 323. & seqq. Fallitur enim Rondeletius, qui Anthiis suis dentes tribuit: Videbimus alias accuratius. αὐτὰς hic notam similitudinis habet: *eosdem*, eodem ingenio, eadem indole. Bersmannus suggerente Magistro edidit, Καθάπερ καὶ αὐτὰς &c.

13. Ἀνὴρ τὶς ἰδὼν ἕις &c.] Bersmannus & Camerarius, Ἀνὴρ ἰδὼν τὶς τὰς &c.

ΠΕΡΙ ΚΕΦΑΛΟΥ] Ælianus Lib. 1. Cap. 3.

1. Τὸν κέφαλον ἰχθὺν] Bersmannus & Camerarius, τὸν κέφαλον ἄρ ἰχθὺν.

4. Εἰ μὴ σεσηπὼς ἢ προκείμενον τύχοι] Id negat Aristoteles Lib. 8. Cap. 2. de Histor. Animal. Sed de pisce vivo, qui editur, non de mortuo, cujus caro putrescens fugitur, sensit fortasse Aristoteles: Cephalus, ut notum, dentibus caret. Sic pugna esset nulla, & Ælianus cum suis Anteambulonibus scripsisset, quæ non negasset Philosophus. Plura forte alias.

7. Ag-

Αρχοῦν ἔχει τὸ δεῖπνον ἐκ τῶν εἰκότων.

ΠΕΡΙ ΓΛΑΥΚΟΥ.

Ο γλαῦκος ἰχθὺς, ὡς πατὴρ παιδοτρόφος,
Οταν περὶ τὴν νῆξιν ὀῤῥωδοῦν ἴδοι,
Ροφεῖ τε χανδὸν ἐκ φυγῆς τὸ σκυμνίον,
Καὶ τοῦ δέους λήξαντος, ἀνεμεῖ πάλιν.
Τὸ δὲ, προελθὸν τῆς πυρᾶς τῶν ἐγκάτων,
Εκ παραγωγῆς εὐπραγεῖ ζῶν ἀσπόρου.

ΠΕ-

7. Αρχοῦν ἔχει τὸ δεῖπνον &c.] Post hunc Versum in Editione Arsenii & Libro Anglicano extat Versus iste, Ροφεῖ δὲ χανδὸν ἐκ φυγῆς τὸ σκυμνίον: Qui plane ab hoc Articulo alienus est, & sine dubio pertinet ad Articulum sequentem; quo recte proinde relatus est a Bersmanno Et hic evidentissimum habemus transpositionis exemplum, quo alia duo Supra a Nobis observata stabiliuntur etiam opportune.

ΠΕΡΙ ΓΛΑΥΚΟΥ] Ælianus Lib. 1. Cap 16.

1. Ο γλαῦκος ἰχθὺς] Quod de glauco hic scribit Philes cum Æliano, de galeo glauco explicat Rondeletius Lib. 8 Cap. 16. & Lib. 13. Cap. 6. de Piscibus. Perperam & improvide; Nam de vero glauco sentit sine dubio Ælianus. Diserte Oppianus, quem exscripsit, Lib. 1. Halieutic. V. 749. & seqq.

> Οἷον δὲ καὶ γλαῦκος, ὃς ἔξοχα τέκν' ἀγαπάζει
> Πάντων, ὅσσοι ἔασιν ἐν ἰχθύσιν ᾠοτοκῆες.
> Κεῖνος γὰρ μίμνει τε περίδρομος, ὄφρα τελέσσῃ
> Παῖδες ὑπωμάδιοι, καί σφιν παρανήχεται αἰεί.
> Τοὺς δ' ὅτε κεν τρομέοντας ἴδῃ κρατερώτερον ἰχθὺν,
> Αμφιχανὼν καθέηκε κατὰ στόμα, μέσφα κε δεῖμα
> Χάσσηται· τότε δ' αὖτις ἀνέπτυσε λευκανίηθεν.

Glaucus, cujus tantus est in catulos amor, oviparus est: Ergo galeus glaucus esse non potest: Nam ille, ut alii cartilaginei, est viviparus. Nihil certius, aut perspicuum ma-

Haud lautius requirit illo prandium.

76. DE GLAUCO.

Glaucus timore percitum quem viderit
Inter natandum, ceu parens natos alens,
Abſorbet ore catulum hiante, dum fugit;
Metuque deſinente rurſus evomit.
Quem prodeuntem Solis in lucem, parit
Expers ſecunda ſeminis productio.

77.

magis. Glaucum igitur verum, & proprio nomine ita dictum intelligit Oppianus, intelligit Ælianus, & cum Æliano Philes. Sed ille, inquiet Rondeletius, aculeos habet acutos & prævalidos, qui prohibent, ne fœtum intra ſe recipere poſſit. Ita eſt, fateor, ſi glaucus, quem deſcribit, ſit Antiquorum glaucus: Qua de re Vir Eruditus non dubitat, ſed ego vehementer dubito propter hoc ipſum, quod de receptione catulorum ſcribunt Auctores non protriti: Nam inde ſequitur, aut glaucum Antiquorum eſſe alium a Rondeletii glauco, aut Oppianum & Ælianum cum illis, quos ſequuntur, in eo deſcribendo turpiter fuiſſe hallucinatos: Quod poſterius credere profecto durum eſt, & eo ipſo probabilius efficit prius. Videbimus alias accuratius: Nunc iſta agere non licet aut vacat.

2. Ὅταν περὶ τὴν νῆξιν ὀῤῥωδοῦν ἴδοι] Locus laborat: Nam περὶ τὴν νῆξιν ὀῤῥωδεῖν ita non dicunt Græci. Scribe, Ὅταν παρὰ τὴν νῆξιν &c. *Cum inter natandum.* Sic παρὰ ὁδοιπορίαν, aliaque ſimilia habemus alibi: Nihil notius.

3. Ῥοφεῖ τι χανδὸν ἐκ &c.] Hunc Verſum hic collocamus cum Bersmanno. Pro Ῥοφεῖ δὲ ille Ῥοφεῖ γε: Alterum ego malui.

5. Προελθὸν τῆς πυρᾶς τῶν ἐγκάτων] Ita Bersmannus pro τῆς πυρᾶς τῶν ὀμμάτων, quod apud Arſenium vitioſe proſtat: Non improbo: Fors tamen rectius legeretur, προελθὸν τῆς πυρᾶς τῶν στομάχων. Nam id certe proprium magis, quia in ſtomachum deducuntur catuli, non in ulterio-

ΠΕΡΙ ΚΥΝΟΣ.

Κύων δὲ τὸν σκύλακα παρόντος δέους,
Ἐξ αἰσχύνης ἀνεῖλεν εἰς τὴν γαστέρα.
Καὶ πάλιν αὐτὸς ἀναλεχθεὶς μητρόθεν,
Ἐνήξατο ζῶν εἰς τὸ σύννομον γένος.
Τρέφει δὲ κύνας, γαλεὸν καὶ κεντρίτην,
Ἅμα δὲ καὶ πηλαῖον ἡ θάλαττά σοι.

Οἷς

ra viſcera: Hoc ſentiunt omnes. Erunt, qui ſic maluerint τοῦ στομάχου: Sed id non neceſſe: Nam Poëtæ numeros ſæpe mutant & promiſcue adhibent pro arbitrio ſuo.

ΠΕΡΙ ΚΥΝΟΣ] Ælianus Lib. 1. Cap. 17. & Cap. 55.

1. Κύων δὲ τὸν σκύλακα παρόντος δέους] De galeo cane hoc intelligendum, qui γαλεὸς κύων, & κύων dicitur abſolute. Cum apud Ælianum Lib. 1. Cap. 55. legas, ἔχει δὲ δύο τὰ λοιπά, πηλαῖοι μὲν τὴν φύσιν, προήκουσι δὲ καὶ εἰς πῆχυν τὸ μέγεθος. καὶ τὸν μὲν αὐτῶν, γαλεόν, τὸν δὲ κεντρίτην φιλοῦσιν ὀνομάζειν. καὶ τούτων οἱ μὲν κατεστιγμένοι, καλοῖντ' ἂν γαλεοί. κεντρίτας δὲ ὀνομάζων τοὺς λοιπούς, οὐκ ἂν διαμάρτοις. οἱ μὲν ποικίλοι &c, id caute accipiendum: γαλεὸν enim & γαλεοὶ ad κυνῶν præcedens ita pertinent, ut abſque eo eſſe non poſſint. Non ſimpliciter dicuntur γαλεοί, ſed γαλεοὶ κύνες: Subaudienda eſt vox capitalis, eaque jungenda cum voce adjecta & minus capitali: Sic Ælianus dicit, quod dicere debuit: Alias enim balbutiiſſet; quia neque galeus canis, neque galeus Centrites unquam abſolute & per excellentiam dictus fuit γαλεός. Notes autem, Ælianum galeis iſtis canibus ſtigmata tribuere, eoſque vocitare ποικίλους: Nam ſic apparebit, eum galeum canem non diſtinxiſſe a galeo Aſteria, quod Rondeletius & Alii eum ſecuti faciunt: Quo jure, videbimus etiam alias. Pro παρόντος δέους Berſmannus edidit παρεόντος δέους.

2. Ἐξ αἰσχύνης] Recte Berſmannus *per pudenda*: αἰσχύνη pars illa, quam nominare non ſinit pudor. τῇ βροχῇ τῆς αἰσχύνης habuimus Supra de Echino terreſtri

3. Καὶ πάλιν αὐτὸς &c.] Berſmannus & Camerarius, Πάλιν δέ τ' αὐτὸς ἀναπτυχθεὶς ἐκ μητρόθεν. Senarius iterum eſt egregius.

5. 6.

77. DE CANE.

Canis marinus, cum quis imminet metus,
Recipit in alvum per pudenda parvulum.
Qui deinde rursus editus, postquam exuit
Formidinem, genus ad propinquorum natat.
Alit canes, galeumque, centrinemque, aqua
Fœcunda ponti; alitque spelæum simul,
Qui-

5. 6. Τρέφει δὲ κύνας γαλεὸν καὶ κεντρίτην, Ἅμα δὲ καὶ πηλαῖον ἡ θάλαττά σοι] Locus corruptus: Nam primo, de duobus canum generibus cum Æliano loquitur Philes; de eo, qui γαλεὸς κύων, & de eo, qui κύων κεντρίτης dicitur: Quare ἅμα καὶ πηλαῖον, ut tertium genus, non convenit: Præsertim cum duo genera πηλαῖα sint utraque, & inde πηλαῖοι dicantur tam hi, quam illi apud Ælianum. Dein, ἡ θάλαττά σοι ineptias alit: Nam quo pertinet σοι? An id referendum ad Regem Palæologum, quem plus semel alloquitur Auctor? Absit, absit: Nam sic αὐτάναξ, aut aliquid simile accessisset. Et cur tamen de solis canibus dixisset, eos nutriri Palæologo, nihilque de aliis animantibus affirmasset simile? Illine adeo eximii, ut soli familia Imperatoria essent digni? Apage, apage nugas vere nugas. Amanuenses hæc adornarunt ad captum suum: Tu scribe ad captum Auctoris, & captum Bonæ Mentis, Τρέφει δὲ κύνας γαλεὸν καὶ κεντρίτην Ἅλμη τε καὶ πηλαῖον, ὦ θάλαττα, σοί. Sic nihil convenientius. πηλαῖον idem, quod πήλινον & πηλός: *Salsugo simul & lutum nutrit galeum canem & Centritem.* Pisces sunt marini, & ideo solum lutum eos nutrire non potest, sed necesse, ut salsugo accedat: Pro πηλαῖον male Editio Arsenii & Liber Anglicanus habent σπηλαῖον. κεντρίτην non necesse, ut mutetur in κεντρίνην: Nam utrumque bonum, & κεντρίτης non minus Analogice formatum, quam κεντρίνης: Quare apud Ælianum Libri variant, ut ipsum nomen variavit. Usu tamen κεντρίνης magis invaluit, quam κεντρίτης: Id patet ex Athenæo, Oppiano, & Aristotele. Hesychius etiam in Lexico, Κεντρίναι, φωλὼ, εἶδος τι ζώου. Vox acuta, quæ aures

Οἷς τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ τῆς κέρκου μέσον,
Εκατέραις ὥπλισεν αἰχμαῖς ἡ φύσις.
Αλλ' εἷς μὲν αὐτῶν ἐμπεσὼν τῷ δικτύῳ,
Πρὸς τὴν τελευτὴν ἐκβιάζεται τρέχειν·
Οἱ δὲ τροφὴν δοκοῦντες εὑρεῖν τὸν φίλον,
Χωροῦσι κοινῇ πρὸς τὸν ἄγνωστον δόλον·
Ον ὁ στοχαστὴς δικτυεὺς ἐξελκύσας,
Ολβον κυνικὸν συγκομίζει τῷ σκάφει.

ΠΕΡΙ ΜΕΛΑΝΟΥΡΩΝ.

Φασὶν τὸ δειλὸν τῶν μελανούρων γένος,

O-

res & aurium tympana lædit, & aculeo quasi sauciat, dicta κεντρίνης: φωνὴ κεντρίνης, ut ἰχθὺς κεντρίνης: Ex Dorico Scriptore sumtum κεντρίναν: Nihil accommodatius. Qui locum Hesychii aliter tentant, splendide nugantur: Sed plura de his alibi. Bersmannus & Camerarius hos duos Versus ita constituerunt, Τρέφει κύνας, γαλεόν τε, κεντρίνην θ' ἅμα, Ομοῦ δὲ καὶ πηλαῖον ἢ θαλάττιά σοι. Cæcus Discipulus, cæcus Magister.

7. Οἷς τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ τῆς κέρκου μέσον] Ineptissima lectio: Nam sic unum genus frustra dictum fuisset κεντρίνης, & galei canes, aculeis istis armati, etiam fœtus intra se recipere non potuissent. Pueri vident, & nihil insulsius revera, quam quod hic præferunt Libri. Scribe, Ωι τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ τῆς κέρκου μέσον, Εκατέραις &c. *Cui* scilicet Centritæ, de quo sermo posterior: Hoc aptum & bonum. Illud κεφαλὴν recte intelligendum: Duos aculeos habet Centrites, unum in pinna capiti proxima, alterum in cauda: Ælianus, κέντρα δὲ ἄρα αὐτοῖς συμπέφυκε· τὸ μὲν τῆς κεφαλῆς κατὰ λοφίαν, ὡς ἂν εἴποις· τὸ δὲ κατὰ τὴν οὐράν. Aristoteles pinnam istam vocavit τὴν πρώτην λοφίαν: Athenæus Lib. 7. Convivii, ὁ δὲ Αριστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζώων

Quibus caput, caudæque medium, cernitur
Hamis acuti armatum utrinque ſpiculi.
Quod ſi quis horum, in caſſium incidat plagas,
Vitale lumen cogitur relinquere.
At cæteri ſpe prædæ amicæ fervidi,
Dolum frequentes advolant ad inſcium.
Quos retibus piſcator implicitos trahens,
Canum reportat divites in cymba opes.

78. DE MELANURIS.

Ferunt Melanuros, genus timidiſſimum,

Cum

ζώων μορίων καὶ κεντρίνην φησὶ ἰδίᾳ γαλεὸν εἶναι καὶ ἰωπιδανόν. γνωρίζεσθαι δ' ἐκ τοῦ πρὸς τῇ πρώτῃ λοφιᾷ ἔχειν κέντρον, τῶν ὁμοειδῶν οὐκ ἐχόντων κεφαλὴν igitur ita accipiendum cum aliqua cautela. Aculeus alter erat κατὰ τὸ τῆς κέρκου μέσον: Et hoc Æliani κατὰ τὴν οὐρὰν non male exprimit. In eo autem Æliani & Auctoris Noſtri Centrina diſcrepat a Centrina Rondeletii, qui alterum illum aculeum non habet in ipſa cauda, ſed in pinna prope caudam. Et hoc conſiderandum: Multa in his ambigua & obſcura, de quibus opportunius ſuo loco. Berſmannus cum Camerario inter articulum τὴν & vocem κεφαλὴν hic intruſit particulam π.

8. Εκατέρῃς ὅπλισιν &c.] Berſmannus & Camerarius, Εν ἑκατέρῃς ὅπλισιν &c.

11. Εὑρεῖν τὸ φίλον] Liber Anglicanus τὶ φίλον: Minus aperte & minus bene.

12. Πρὸς τὸν ἄγνωστον δόλον] Ita vocat Auctor ipſum rete, ut conſtat ex ſequenti ὃν: Moneo in gratiam Tyronum.

14. Ολβον κωνικὸν συγκομίζει &c.] Berſmannus & Camerarius, Ολβον κωνικὸν ἐπισυγκομίζει & .

ΠΕΡΙ ΜΕΛΑΝΟΥΡΩΝ] Ælianus Lib. 1. Cap. 4.

1. Φασὶν τὸ δειλὸν] Liber Anglica-

Οταν μὲν ἡ θάλαττα σωφρόνως ἔχῃ,
Τὰς θηρατικὰς εὐφυῶς φεύγον δόλους;
Ως ψυχοκερδῆ τὸν βυθὸν διατρέχειν·
Οταν δὲ χειμὼν εἰς τὸ ῥεῖθρον ἐμπέσῃ,
Καὶ πᾶς ἁλιεὺς δυσφορῇ πρὸς τὴν ζάλην,
Ως ἀπὸ φελλοῦ τὰς ῥοὰς ἀνατρέχειν,
Καὶ πάντα δειπνεῖν τῆς νομῆς πεφευγμένης.

ΠΕΡΙ ΣΠΟΓΓΟΥ.

Κῦμά τι, κράτιστε, θαλάττης ξένον,
Ο σπογγιὰν καλοῦσι παῖδες ναυτίλων.
Οὐκ ἄψυχον δ' οὖν, οὐδ' ἄμοιρον αἵματος,
Μανὸν δὲ, καὶ ζῶν, καὶ πολύτρητον τέρας,
Επηλυγασθὲν εἰς καλινδήθραν λίθου,

Πρὸς

canus, Φασὶ τὸ δειλόν: Ita maluit fere Noster.

3. Τοὺς θηρατικοὺς εὐφυῶς &c.] Bersmannus & Camerarius, Θηρατικοὺς μὲν εὐφυῶς &c.

6 Καὶ πᾶς ἁλιεὺς δυσφορῇ &c.] Bersmannus & Camerarius, Καὶ πᾶς τις ἁλιεὺς δυσφορῇ &c.

7. Ως ἀπὸ φελλοῦ] *Tanquam a subere*: Locutio paulo insolentior: Tanquam ex suberum genere esset; tanquam suber esset. οἱ ἀπὸ στοᾶς, οἱ ἀπὸ περιπάτου similiter dicuntur fere. Et hoc notandum. Bersmannus Camerarium secutus edidit, Ως ἂρ ἀπὸ φελλοῦ.

8. Καὶ πάντα δειπνεῖν τῆς νομῆς πεφυγμένης] Quid hoc? An *tostæ* convenit Melanurorum escæ, & ita delicate vivunt illi? Apage, apage nugas: Legendum est, Καὶ πάντα δειπνεῖν τῆς νομῆς πεφυγμένης. Ælianus

Cum temperatis unda ponit fluctibus,
Ut rite declinent dolos venantium,
Vitamque lucrentur, profundo ſe abdere:
At cum tumeſcit æquor Euris concitum,
Legitque vela piſcator madentia,
Labi per undas ceu natantes ſubere,
Haud eſculenta reſpuentes ſordida.

79. DE SPONGIA.

Eſt æquoris fœtura mira, ſpongiam
Quam navitarum filii, Rex, nuncupant:
Animæ haud quidem expers illa, ſed nec ſangui-
Et rara cum ſit, perforataque fiſtulis, (nis:
Petræ recondens ſuſtinet ſe tegmine,

Ne

nus loco citato, *σιτοῦνται δὲ μελάνουροι τὰ ῥυπαρώτερα, καὶ ὅσα οὐκ ἂν ῥᾳδίως ἰχθὺς ἄλλος ἂν πάσαιτο, εἰ μὴ πάνυ λιμῷ πιέζοιτο* Nihil apertius: Et hoc etiam in Verſione ſua expreſſit Bersmannus. In eodem Æliani loco, ut hoc obiter addam, ſequitur male, *ἐν γαλήνῃ δὲ ἐπὶ τῆς ἄμμου μόνης ἀλιεύουσι, καὶ ἐκεῖθεν βόσκονται.* Nam ex alga, non ex piſcibus victitant Melanuri, ut notum eſt ex Ariſtotelis Lib. 8. Cap. 2. de Hiſtor. Animal. Scribas igitur ibi, *ἐν γαλήνῃ δὲ ἐπὶ τῆς ἄμμου μόνης ἀλύουσι, καὶ ἐκεῖθεν βόσκονται· oberrant ſeſeque continent.* Elegans eſt *ἀλύειν*, quod de mœrentibus & ſubtriſtibus adhiberi ſolet: Tales autem Melanuri, cum in ſabulo tanquam exules hærent.

ΠΕΡΙ ΣΠΟΓΓΟΥ] Ælianus Lib. 8. Cap. 16.

1. *Κύημά τι, κράζει, θαλάττης ξένον*]

Πρὸς τὰς ἀγωγὰς καρτερεῖ τῶν ῥευμάτων.
Εἴ πȣ δὲ προσπέσῃ τὶ τῶν ἐδωδίμων,
Ζῶον τὶ λεπτὸν ἄλλο παρὸν ὡς φύλαξ,
Ταύτην προωθεῖ τὴν δυσαίσθητον φύσιν·
Ἢ τὸ προσιὸν ἡσυχῆ προσλαμβάνει·
Καὶ καθάπερ ςόμασι, πυκνοῖς τοῖς πόροις,
Δειπνεῖ, βασιλεῦ, τὴν βορὰν παραυτίκα.
Οταν δέ τις ἄνθρωπ☉ ἐκτέμνειν θέλοι,
Τὸ ζῶν τὸ νεκρὸν τȣ̃ Ποσειδῶν☉ τέκ☉,
Οἶδεν πρὸ θυρῶν συμφορὰς ἀποκρύφȣς.
Τὸ μὲν γὰρ εὐθὺς τῇ βολῇ συνεςράφη,
Καὶ τȣ̀ς πόρȣς ἔσφιγξε, ϗ κατεςάλη,
Τῇ τῆς τελευτῆς τετριγὸς περιςάσει.
Αλγεῖ δὲ πικρῶς ὁ σφαγεὺς τὴν καρδίαν,
Εως τὸ λυπȣ̃ν τῆς λαβῆς ἀποσπάσῃ.

ΠΕ-

Bersmannus & Camerarius, Κύημά ἐ, κράτιςε, τȣ̃ πελάγȣς ξένον.

8. Αλλο παρὸν ὡς φυλαξ] Bersmannus edidit, ἄλλο παριὸν ὡς φύλαξ.

10. Η τὸ προσιὸν ἡσυχῆ &c.] Bersmannus & Camerarius, Η τὸ προσιὸν τόθ' ἡσυχῆ &c.

11. Καὶ καθάπερ ςόμασι, πυκνοῖς &c.] Bersmannus & Camerarius, Ηδὲ καθάπερ ςομάτισι, πυκνοῖς &c.

12. Δειπνεῖ, βασιλεῦ &c.] Bersmannus & Camerarius, Δειπνεῖ γε, βασιλεῦ &c.

13. Οταν δέ τις ἄνθρωπος &c.] Bersmannus & Camerarius, Οταν δέ τις ποτ' ἄνθρωπ☉ &c.

15. Οἶδεν πρὸ θυρῶν] Liber Anglicanus οἶδε, quod non deterius: Dixi

Ne fluctuum vis ingruens hanc auferat.
Quod si esculenta rimulis forte incidant,
Animalculum quod his subest, custos velut,
Languentem in illa sensuum vim suscitat,
Ut per pororum quos habet foramina
Conferta passim, ceu per os sumat cibos;
Quibus fruens, ô Imperator, vescitur.
Petris eandem si pares avellere,
Propago Neptuni illa vivens mortua,
Occulta sentit imminere pericula.
Nam protinus se contrahens involvitur,
Constringit arctis & poros complexibus,
Quod imminet timore leti percita.
Multumque piscator laboris devorat,
Donec revellens implicatam liberet.

80.

Dixi alias in his Notulis. πρὸ θυρῶν, *imminentes & quæ præ foribus stant*: Articulum omisit Auctor in gratiam Versus Dodecasyllabi: Cæteroquin τὰς πρὸ θυρῶν scripsisset plenius & apertius.

16. Τῇ βολῇ συνεςράφη] Animalculi scilicet, quod custodis loco est: Ælianus, ὅταν δὲ ἄνθρωπος προσ-ίῃ ἐπ' ἐκλομῇ αὐτῆς, ἐκκεντουμένη ὑπὸ τοῦ ζώου τοῦ συντρόφου φρίττει, καὶ &c.

18. Τῇ τῆς τελευτῆς τετριγὸς προσ-τάσει] An spongia stridet & sonum edit contrahens sese? Non puto, & abludit natura ejus, sit licet, non planta, sed animal. Locum corruptum arbitror: Legendum, vel τριφελκὸς, vel τιζηγός. Prius Ælia-

nus

ΠΕΡΙ ΔΡΑΚΟΝΤΟΣ.

Ιχθὺς μὲν ὑγρὸς τῆς θαλάσσης ὁ δράκων·
Τὴν δ' ὗν κεφαλὴν, τὰς φολίδας, τὰς γένυς,
Καὶ τὰς διαυγεῖς ἀστραπὰς τῶν ὀμμάτων,
Εκεῖνος αὐτὸς ἐστὶ τῆς γῆς ὁ δράκων.
Οὗ καὶ τὸ κέντρον ἡ φύσις φαρμάξασα
Προσιτὸν οὐκ ἔδειξεν ἰχθυοκτόνοις.

ΠΕΡΙ ΦΥΣΑΛΟΥ.

Εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἐστὶν ἰχθὺς οὐ μέγας,
Εγχωρίοις φύσαλος ὠνομασμένος,
Ανείδεος μὲν τῆς κεφαλῆς τὴν πλάσιν,
Εχων δέ τινα κόλπον εἰς τὴν γαστέρα,
Σμάραγδον ἂν εἴποι τις αὐτοῦ τὴν χρόαν,

Ως

nus habet, ut vidimus ſtatim; poſterius Auctor ipſe ſibi promſerit. τέθρηγὸς, ταραχθὲν, *turbatum*, *perculſum*: A ταράσσω, ut notum, fit τέθρηγὸς. Elige; utrumque bonum eſt.

ΠΕΡΙ ΔΡΑΚΟΝΤΟΣ] Liber Anglicanus plenius, Περὶ δράκοντος θαλαττίου. Sunt hæc ſumta ex Æliani Libro 14. Cap. 12.

2. Τὴν δ' ὗν κεφαλὴν, τὰς &c.] Berſmannus & Camerarius, Τὴν δ' ὗν κεφαλὴν τε, τὰς φολίδας τε, τὰς γένυς.

5. Η φύσις φαρμάξασα] Berſmannus & Camerarius, ἡ φύσις τοῦ φαρμάκου.

6. Προσιτὸν οὐκ ἔδειξεν] Berſmannus & Camerarius, Απροσπέλαστον ἔδειξεν.

ΠΕΡΙ ΦΥΣΑΛΟΥ] Ælianus Lib. 3. Cap. 18.

1. Εἰς τὴν ἐρυθρὰν] Scilicet θάλασσαν;

80. DE DRACONE.

Maris Draconem quem vocant, eſt humidus.
Squamas, caput, malas, & oculorum faces
Pellucidas huic oppido ſimillimus
Eſt ille, terræ qui incolit ſpecus Draco.
Natura cujus ſpiculum haud innoxium
Fecit veneno, piſcium occiſoribus.

81. DE PHYSALO.

Eſt piſcis haud magnus rubro ſub æquore,
Quem Phyſalum indigenæ vocant cognomine.
Haud capitis eſt in eo figuram cernere,
Quendam ſed imo ventre ſuſtinet ſinum:
Quem quis videns, ſmaragdum forte duxerit.

Adeo

σαν: Ita Græci centies, ut nemo neſcit Græce doctus. Similiter in L. 9. D. ad Leg. Rhod. de jact. ἐν τῇ Ικαρίᾳ ſine dubio cum Viris Eruditis legendum eſt pro ἐν τῇ Ικαρίᾳ θαλάσσῃ: Quod fruſtra ſuſpectum erat Juriſconſulto, qui noviſſime Legem illam explicuit ſatis verboſe.

2. Εγχωρίοις φύσαλος ὀνομασμένος] Voce Arabica ſcilicet, cujus vim Græca exprimit.

3. Τῆς κεφαλῆς τἱω πλάσιν] Bersmannus & Camerarius, τῆς κεφαλῆς γε τὴν πλάσιν.

4. Εχων δὲ ἕνα κόλπον &c.] Bersmannus & Camerarius, Εχων δέ τινα δὴ κόλπον &c.

5. Σμάραγδον ἂν εἴποι τις αὐτοῦ &c.] Expreſſius & accommodatius legeretur, niſi fallor, Σμάραγδον ἂν εἴποι τις

Ως ἀπὸ πυγμῆς ἀδρανοῦς τεθλασμένου·
Εντεῦθεν ἀθρεῖ, καὶ πλατύνει τὸ σῶμα.
Φαγὼν μὲν οὖν τις τοῦτον, εὐθὺς ἐῤῥάγη·
Χειρὶ δὲ λαβὼν, καὶ παραψαύσας μόνον,
Τὸν ὄγκον ὑγρᾶς φλεγμονῆς ἐξετράπη,
Καθάπερ οἰδεῖ καὶ τὸ σαρκῶδες τέρας,
Ριφὲν κατὰ γῆς οὐκ ἐχούσης ἰκμάδα·
Πλὴν ἀπολυθὲν εἰς τὸ ῥεῖθρον, αὐτάναξ,
Αὖθις ἀναζῇ, καὶ προσέρχεται πλέον,
Ως πομφόλυξ, ἢ κύστις, ἢ σφαῖρα ξένη.
Εστὶ παρ' Ινδοῖς καὶ βραχὺς ἰχθὺς μέλας,

Ος

ὡς αὐτὸν τὴν χρόαν, Ως ἀπὸ πυγμῆς ἀδρανοῦς τεθλασμένον. Periti vident.

9. Χειρὶ δὲ λαβὼν, καὶ παραψαύσας μόνον] Bersmannus & Camerarius, Λαβὼν δὲ χειρί. Liber Anglicanus ἢ παραψαύσας pro καὶ παραψαύσας: quod non deterius.

10. Τὸν ὄγκον ὑγρᾶς φλεγμονῆς ἐξετράπη] Versus corruptus: Nam quid est ἐξετράπη τὸν ὄγκον? An ita loquuntur Græci? Nugæ, nugæ. Perbene primo Liber Anglicanus, Εἰς ὄγκον ὑγρᾶς φλεγμονῆς ἐξετράπη. Nam id Græcum est & probum. Sed quid iterum ἐξετράπη? An homo, simulac attigerit Physalum, in tumorem humidæ Phlegmones convertitur? Haud puto, id voluisse Philen, quia Ælianus ejus Magister id nequaquam voluit: Audi eum, δίδωσι δὲ καὶ αὐτὸς ἄλλας δίκας. πρῶτον μὲν ἔξω τοῦ κύματος γενόμενος οἰδαίνει· καὶ εἴ τις αὐτοῦ ψαύσῃ, ὅγε ἔτι καὶ μᾶλλον πίμπραται· καὶ εἴ τις ἐπιμείνῃ ψηλαφῶν, γίνεται πᾶς ὑπὸ τῆς φύσεως διαυγίσατος, ὡς ὑδερικῶν· εἶτα τελευτῶν διεῤῥάγη. Quæ ita efferre non potuerunt Libri, ut aliquid simile hisce vulgatis inde exsculpserit Auctor. Quid igitur? Una litera peccat, & scribendum est absque dubio, Εἰς ὄγκον ὑγρᾶς φλεγμονῆς ἐξίτρεπε. Homo scilicet Physalum: Hoc est, quod Ælianus dixit, & post Ælianum

num

Adeo ille non impreſſus alte viſitur,
Sed oris eſt tamen atque luminum loco.
Se devorantis ille rumpit viſcera.
Si quis prehenſum forte contrectaverit,
Inflatur humida intumeſcens phlegmone,
Quali tumore carneum monſtrum ſolet
Inflari, aquas extra ad ſolum ſi jeceris.
Namque uvidos projectus in campos maris,
Vita recepta mox aquis ſupernatat,
Ceu bulla, vel veſica, vel rarus globus.
Eſt & apud Indos piſcis, haud longus, niger;
Vi-

num dicit Noſter. Articulus abeſt: Id miſellos decepit, qui ad rem ipſam, & præcedens τῦτον, quod huc etiam pertinet, animum non advertebant. In loco Æliani, ut hoc obiter addam, pro ὑπὸ σήψεως διογυγίσαιος legendum eſt certo certius ὑπὸ πρήσεως διογυγέσαιος: σήψις non convenit, nec *inflationem* ſignificare poteſt Græce.

11. Καθάπερ οἰδεῖ καὶ τὸ σαρκῶδες τέρας] Mirum eſt illud σαρκῶδες τέρας de piſce Phyſalo: An credidit Auctor illud ὑδερῶν, quod Ælianus habet, eſſe non poſſe ſine carnis copia? Si ita ſit, nugatus eſt ſuaviter: Sed de eo nunc melius ſentio: Viſne ſuſpicionem, quæ veriſſima videtur mihi? Legendum auguror, Καθάπερ οἰδεῖ ἐν τὸ ναρκῶδες τέρας. *Monſtrum torpidum & ignavum:* Et hoc elegans & appoſitum de piſce, qui veſica vel ſphæra potius eſt, quam piſcis: Sentiſne? Id ſpero equidem. Faceſſant, faceſſant igitur Amanuenſium, qui deſides carne abundabant, ineptiæ. Pro οἰδεῖ Berſmannus & Camerarius ἀνοιδεῖ.

13. Πλὴν ἀπολυθὲν εἰς &c.] Berſmannus & Camerarius, Πλὴν τοῦτ' ἀπολυθὲν εἰς &c.

14. Αὖθις ἀναζῇ &c.] Berſmannus edidit, Αὖθις τ' ἀναζῇ &c.

16. Ἐστὶ παρ' Ἰνδοῖς καὶ &c.] Liber An-

Ὃς κρύπτεται ζῶν, εἰς τὸ τῶν ῥείθρων βάθος,
Ἕως τελευτῆς. τηνικαῦτα γὰρ μόνον,
Ὁ νεκρὸς ἀνέπλευσεν ὡς κούφη πίτυς.
Ὁ γοῦν τὸν ἰχθῦν τῆς ῥοῆς ἐξαρπάσας,
Παραυτίκα τέθνηκε. τί δεῖ φαρμάκων;

ΠΕΡΙ ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΟΥ ΚΑΙ ΤΡΟΧΙΛΟΥ ΟΡΝΙΘΟΣ.

Ὁ κροκόδειλος νήχεται μὲν εὐτόνως,
Ἀνεὶς δὲ χανδὸν εἰς τὸ κῦμα τὸ στόμα,
Βδελλῶν φορητὸν ἐξ ἐκείνου συλλέγει.

Εἶτα

Anglicanus hæc a præcedentibus ſeparat cum novo Titulo, Περὶ ἰχθύος τοῦ ἰνδοῦ τοῦ μέλανος: Miror, id non feciſſe etiam Berſmannum, vel ſaltem piſcis iſtius non meminiſſe in Inſcriptione Capitis. Pro Ἐστι Editio ejus habet Ἐστίν. Sunt hæc petita ex Æliani Libro 8. Cap. 7

19. Ὡς κούφη πίτυς] Berſmannus & Camerarius, καθὼς κούφη πίτυς.

21. Παραυτίκα τέθνηκε. τί δεῖ φαρμάκων;] Ita recte Bersmannus pro τί δὴ φαρμάκων, quod Editio Arſenii habet. Liber Anglicanus in ipſo contextu etiam δὴ legit, ſed ad Marginem δεῖ præfert. Pro Παραυτίκα τέθνηκε Diſcipulus cum Præceptore ſuo legit Παραυτίκ' ἀποτέθνηκε: Infeliciter profecto: Nam ſic Verſus Senarius etiam non incedit, ſed reptat. Cur non legebant boni, Παραυτίκ' ἀπέθνηκε. φαρμάκων τί δεῖ; Idne calidius videbatur Criticis adeo modeſtis? Rideas, rideas, licet. Sed quid eſt apud Ælianum, ubi hac de re loquitur, ὁ τὸν ἀψάμβρον λεπτοθυμεῖν, καὶ ἐκθνήσκειν τὸ πρῶτον, εἶτα μέντοι καὶ ἀποθνήσκειν? An ἐκθνήσκειν & ἀποθνήσκειν ita differunt, ut quis prius ἐκθνήσκειν dici poſſit, dein ἀποθνήσκειν? Id ego certe non obſervavi, & cras credam, non hodie. An igitur balbutiit Sophiſta? Abſit, abſit. Locus eſt corruptus: Legendum, niſi fallor, ὁ τὸν ἀψάμβρον λεπτοθυμεῖν, καὶ ἐκθνήσκειν τὸν χρῶτα, εἶτα μέντοι καὶ ἀπο-

Vivus profundo delitet qui gurgite,
Ad uſque mortem: namque ſolum mortuus
Emergit enatans, velut pinus levis.
Quem ſi quis undis extrahat, nece illico
Procumbit ipſe. quid venenis eſt opus?

82. DE CROCODILO ET TROCHILO AVE.

Crocodilus undas dum ſecat, ſcite natans,
Hiante vaſta gutturis voragine,
Turbam cruentam colligit hirudinum.

Ad

ἀποθνήσκειν. *& emori colore.* Animi defectione laborat, & pallet tanquam mortuus. Quid appoſitum magis? εἶτα ſæpe ſine præcedenti temporis nota adhibent Græci, adhibet Ælianus: Id obliti homines male feriati, τὸν χρῶτα mutarunt in τὸ πρῶτα: Nihil pronius. Unum locum plane ſimilem adſcribam ex Æliani Libro 1. Cap. 32. καὶ μύραινα καράβῳ ἐχθίστη ἐστί. μύραινα μὲν γὰρ ταῖς ἀκωκαῖς τῶν ὀδόντων τὰς πλεκτάνας τῷ πολύποδι διακόπτει· εἶτα μέντοι καὶ ἐς τὴν γαστέρα εἰσδῦσα αὐτοῦ τὰ αὐτὰ δρᾷ. Sic rudiores & minus exercitati non hærebunt: Alios ſibi obſervent ipſi.

ΠΕΡΙ ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΟΥ ΚΑΙ ΤΡΟΧΙΛΟΥ ΟΡΝΙΘΟΣ] De Crocodilo bis locutus eſt Auctor, quia Amphibium eſt: Ea, quæ hic habemus, ad aquæ incolatum pertinent. Liber Anglicanus pro Περὶ τοῦ κροκοδείλου καὶ τροχίλου ὄρνιθος habet Περὶ κροκοδείλου ἐνύδρου: Recte, ſi antea non habuiſſet male Περὶ κροκοδείλου χερσαίου: Nam ſic nominibus diverſis animalia indicavit diverſa. Diximus ibi. Sunt hæc deſcripta ex Æliani Lib. 3. Cap. 11.

1. Ὁ κροκόδειλος &c.] Berſmannus & Camerarius, ὁ δὲ κροκόδειλος &c.

3. Βδελλῶν φορητὸν] Recte Interpres, *turbam hirudinum*: φορητὸν, quantum ferre & capere poteſt. Heſychius, Φορητά, ἀκτά, βαστακτά, ἃ δύνα-

Εἶτα διαβὰς εἰς τὸν ὄχθον ἐκ πόρου,
Πίπτει κατὰ γῆς καὶ βλέπει τὸν ἥλιον,
Καὶ παραγυμνοῖ πρὸς τὸ φῶς καὶ τὴν ζέσιν
Τοὺς τῶν γνάθων, κράτιστε, κολπώδεις τόπους.
Ορνις δέ τις τροχίλος ὠνομασμένος,
Τὸ ῥάμφος αὐτῆς εὐφυῶς ἐπεισφέρων,
Τὰς αἱμοχαρεῖς καὶ θλιβούσας ἐξάγει,
Τούτου πρᾴως ἔχοντος εἰς τὸ συμφέρον·
Καὶ τὴν κεφαλὴν ἀντὶ μισθοῦ λαμβάνει,
Μηδὲν κακὸν παθοῦσαν ἐκ τοῦ θηρίου.

ΠΕΡΙ ΙΧΝΕΥΜΟΝΟΣ.

Ιχνεύμονος δὲ προσβαλεῖν ἠπειγμένου,

Βοα

δύναταί τις φέρειν. Ut nos dicimus; *een dracht*. Sequitur apud eum, Φορητὸν, ὑπὲρ τοῦ ἀγροῦ σῖτον. Quod de homine dicitur, ad agrum transfertur: Tantum segetis, quantum ferre potest ager, φορητόν. Vides? Rarior est vocabuli usus: Plura forte alias.

4. Εἶτα διαβὰς εἰς &c.] Bersmannus & Camerarius, Διαβὰς δ' ἀνελθὼν εἰς &c.

5. Πίπτει κατὰ γῆς &c.] Bersmannus & Camerarius, Πίπτει δὲ κατὰ γῆς &c.

6. Καὶ παραγυμνοῖ πρὸς &c.] Bersmannus & Camerarius, Ηδὲ παραγυμνοῖ πρὸς &c.

9. Τὸ ῥάμφος αὐτῆς εὐφυῶς ἐπεισφέρων] Ορνις genere fœminino igitur adhibuit Philes: Quare & ὠνομασμένη scribendum pro ὠνομασμένος, & ἐπεισφέρουσα pro ἐπεισφέρων, ne verborum structura sit prava. Si genus masculum adhibuisset Auctor, Versus in αὐτοῦ εὐφυῶς hiasset: Ideo fœmininum prætulit ista forma. Nisi forte legere velis transpositis vo-

Ad litus ergo prodiens e flumine,
Projectus istic solis aspicit jubar,
Hiansque contra pandit ignes luminis,
Sinus genarum, o Imperator, concavos:
Cum parva quædam avis, Trochilus nomine,
Rostrum inserens illius in fauces probe,
Hinc sanguisugas strangulantes extrahit:
Feraque gratum sentiente hinc commodum,
Indemne præmii caput loco refert,
A bellua nil regulus passus mali.

83. DE ICHNEUMONE.

Impressionem moliente Ichneumone

Ad-

voculis, Αὐτοῦ τὸ ῥάμφος εὐφυῶς: Nam sic ἱππεσφίζων & ἀνομαστρόφος genere masculo manere possent. Elige: Mihi fere præplacet alterum, quia facilius est propter vocum terminationes millies in Libris neglectas.

10. Τὰς αἱμοχαρεῖς ἐ &c.] Bersmannus & Camerarius, Τὰς αἱμοποτίδας ἐ &c.

12. Καὶ τὴν κεφαλὴν &c.] Bersmannus & Camerarius, Καὶ τήν γε κεφαλὴν &c.

ΠΕΡΙ ΙΧΝΕΥΜΟΝΟΣ] Pessima Inscriptio, quæ arcte copulanda pessime separat, & animal terrestre pessime etiam inter aquatilia recenset: Eam jure omittit Liber Anglicanus, qui unum Crocodilum absque Trochilo, ut nunc vides, recte etiam in superiori Inscriptione commemorat: Nam cæteroquin & Ichneumonem debuisset Trochilo adjungere. Sunt hæc sumta ex Æliani Lib. 2. Cap. 33. Lib. 3. Cap. 22. Lib. 5. Cap. 23. Lib. 8.

Βοᾷ τι λαμπρὸν ὁ τροχίλος ἐνθάδε,
Καὶ διανιστᾷ τὸν βραδὺν πρὸς τὴν μάχην,
Παίων κατ' αὐτῆς τῆς ῥινὸς, καὶ θαῤῥύνων,
Καὶ μηδὲ μικρὸν ἠρεμεῖν ἐπιτρέπων.
Ο δὲ πρὸς ὀργὴν ὡς τὸ πῦρ ἐπιζέων,
Αἱρεῖ τὸν ἐχθρὸν εὐχερῶς, καὶ συμπνίγει.
Οπλονγε μὴν ἕτοιμον ἰχνεύμων φέρων,
Χωρεῖ κατ' αὐτῆς εὐγενῶς τῆς ἀσπίδος.
Πηλῷ γὰρ ὑγρῷ τὴν δορὰν καταχρίσας,
Τὸ δῆγμα θαῤῥεῖ καὶ κρατεῖ προσερπύσας.
Υδωρ δὲ τῷ σόματι πολλάκις φέρων

8. Cap. 25. Lib. 9. Cap. 3. & Lib. 12. Cap. 15.

2. Ενθάδε] Junge Supra Caput 12. Verf 73.

3 Καὶ διανιστᾷ τ &c.] Berſmannus & Camerarius, Ηδὲ διανιστᾷ τὸν &c.

6. Ο δὲ πρὸς ὀργὴν ὡς τὸ πῦρ ἐπιζέων] Ichneumon alacer, & minime ſomniculoſus aut ignavus. Pro ἐπιζέων Margo Libri Anglicani ἀναζέων: Utrumque bonum eſt.

7. Καὶ συμπνίγει] Ευφυὴς τῇ δέρῃ, ut ſcribit Ælianus: Quod de cervice interiori, non exteriori, accipiendum puto: Nam cutis exterior adeo denſa & valida eſt, ut Ichneumon ei adhærens, Crocodilum ſtrangulare non poſſit. In mediis faucibus igitur hæret aliquando Ichneumon, & ſic Crocodilum ſtrangulat. Interpres Æliani, *Jacenti enim illi ac ſtertenti inſidiatur Ichneumon, & ſæpe jugulo apprehenſo ſtrangulat:* Sine dubio nugas egit, & mentem Auctoris non fuit aſſecutus.

10. Πηλῷ γὰρ ὑγρῷ] *Lutum madidum* hic recte adeſt, ſed *arena madida* apud Ælianum male: Emendemus in tranſitu locum: ὡς ἀνὴρ, inquit Auctor, πανοπλίᾳ φραξάμενος, οὕτως ἐκεῖνος τῷ πηλῷ ἑαυτὸν κυλίσας, καὶ ἀναπλήσας τ περιπαγέντος, ἔοικεν ἔχειν ἀρκοῦν πρόβλημα, καὶ στεγανόν. εἰ δὲ δὲ-

Adverſus hoſtem, regulus ſonos ciet,
Somnoque crocodilum ad ineundum prœlium
Exuſcitans, irritat ictu narium
Crebro, quiete nec ſinit ſegnem frui.
At ille ſævis æſtuans præcordiis,
Hoſtem expedite tollit, atque ſtrangulat.
Inſtructus armis Indicus mus, aſpidem
Invadit, ultro conferens illi pedem.
Namque humido ſe proluens prius luto,
Audacter ictus ſpernit hoſtis irritos.
Quem Nilus undis educat ſeptemfluus

Cro-

λπορία εἰς πηλȣ͂, λύσας ἑαυτὸν ὕδατι, ἐ εἰς ἄμμον βαθεῖαν ὑγρὸν ἔτι ἐμβαλὼν, ἐκ τῆσδε τῆς ἐπινοίας τὸ ἀμυντήριον ἐξ ἀπόρων σπάσας, ἐπὶ τὴν μάχην ἔρχεται). Non ſuo, ſed Amanuenſium ore: Scribe, λύσας ἑαυτὸν ὕδατι, καὶ εἰς ἄμμον βαθεῖαν ὑγρὸν ἔτι ἐμβαλὼν. *Se madidum adhuc.* Et vocula ἔτι requirit ὑγρὸν, & res ipſa: Nam arena ſicca adhæret corpori madido, non madida & humectata. Pueri ſciunt. Sed quid etiam ibi ἐξ ἀπόρων? An ad Nili ripas neque lutum, neque arena, niſi raro, ut ſi habeantur illic, ſint ἄπορα? Hoc non minus ineptum hercule, quam alterum illud: Scribe igitur, ἐκ τῆσδε τῆς ἐπινοίας τὸ ἀμυντήριον ἐξ εὐπόρων σπάσας, ἐπὶ τὴν μάχην ἔρχεται). *Ex illis, quæ facile haberi poſſunt.* Et arena & lutum ſunt vere εὔπορα ad Nilum: Ex iſtis igitur εὐπόροις armaturam ſibi ſumit Ichneumon, ita tamen ut ſi aliquando propter altitudinem & exuberantiam fluvii, lutum haberi non poſſit, arenam ſumere eaque contentus eſſe debeat miles, qui luto melius & tutius loricatus eſt, quam arena. Videsne? Hæc eſt illa luti λπορία, quæ ignavis Amanuenſibus aut inſulſis Criticis ſuggeſſit ἀπόρων pro εὐπόρων. Nunc Auctor ipſe iterum loquitur.

12. Τοῦ σέμαλε πολλάκις] Berſmannus

Ο κροκόδειλος οὗτος, ὃν Νεῖλος τρέφει,
Εγχεῖ μεταξὺ λανθανόντως τῶν τρίβων,
Αἷς ἂν ὀλισθάνωσι τὰ κτήνη, τρέχει,
Καὶ ταῦτα δειπνεῖ συμπατῶν τῷ βορβόρῳ.
Καὶ τοὺς ὕδωρ ἥκοντας ἀρύειν θέρους,
Τέχνη φυσικῆς ἐλλοχᾷ πανουργίας.
Καλύπτεται γὰρ εἰς φρυγανώδη σκέπην,
Καὶ λανθάνων πρόσεισι, καὶ διαβλέπει,

Καὶ

hus & Camerarius, τῷ σόματί τε πολλάκις.

13. Ο κροκόδειλος οὗτος &c.] Bersmannus & Camerarius, Κροκόδειλος οὗτος ποταμὸς ὃν Νεῖλος τρέφει.

14. Εγχεῖ μεταξὺ λανθανόντως τῶν τρίβων] Illud ἐγχεῖ etiam est apud Ælianum, sed corrupte sine dubio: Nam ubi præcessit πολλῷ τῷ ὕδατι καταῤῥαίνει, non potest commode sequi καὶ ἐγχεῖ πολλάκις. Ex quo colligo, locum Æliani non heri aut hodie, sed a multis jam seculis Amanuensium incuria fuisse depravatum: Fallor enim, aut ipsum ἐγχεῖ ab Æliano sumsit Philes. Sed & in aliis laborat locus, misereque luxatus est: Non peccabis, credo, aut Æliano injuriam facies, si totum ita scribas, Κροκοδείλου δὲ κακουργία καὶ ἐκείνη εἰς ἀνθρώπους τε θήραν καὶ ζῴων ἑτέρων ἐπράπη· τὴν ἀτραπὸν, δι' ἧς οἶδε κατιόντας εἰς ποταμοὺς, ἢ ἐφ' ὑδρείαν, ἢ ἵππου ποτὸς ἀρδείαν, ἢ καμήλου, ἢ καὶ νὴ Δία ὥστε ἐπιβῆναι πλοίου· ταύτην τοι νύκτωρ καὶ πολλῷ τῷ ὕδατι καταβρέξας ἐμπλήσας τὸ σόμα, καὶ ἕρπει κατὰ τῆς ἀτραποῦ πολλάκις, ὀλισθηρὰν αὐτὴν ἐργάσασθαι θέλων, καὶ εὐκολωτέραν ἑαυτῷ τὴν ἄγραν ἀποφαίνων. Primum per viam spargit aquam multam, dein viam vasto corpore & unguibus validissimis perreptat sæpius: Sic scilicet eam subigens quasi, βορβορώδη efficit, & lubricam magis. συμπατῶν τῷ βορβόρῳ, ut vides, hic habemus diserte: Plura forte alias.

15. Αἷς ἂν ὀλισθάνωσι &c.] Bersmannus & Camerarius, Ολισθάνουσιν ὡς τὰ κτήνε'· ὁ δὲ τρέχει, Καὶ &c.

17. Καὶ τοὺς ὕδωρ ἥκοντας ἀρύειν θέρους] Apud Ælianum legimus, Ελλοχῶσιν οἱ κροκόδειλοι τοὺς ὑδρευομένους ἐκ τοῦ Νείλου ——— εἶτα ὑποικουσι τοῖς φρυγάνοις. οἱ δὲ ἀφικνοῦνται κεράμια, ἢ κάλπεις, ἢ πρόχους κομίζοντες· εἶτα ἀρυο-

Crocodilus, oris haustu aquas inserciens,
Profundit ejus semitas aspergine,
Ut incidens subvertat his lapsans pecus.
Quod ipse protritum luto, accurrens vorat.
Quin & sub æstum haurire qui parant aquam,
Irretit artis callida solertia.
Nam frondium sub tegmine hic reconditus,
Clam proripit se, prospicitque convenas;

Quos

ἀρυομένες αὐτὰς &c. Adeo ridicule ut nihil magis: Scribe meo periculo absque mora, οἱ δὲ ἀφικνοῦνται κεράμια, ἢ κάλπεις, ἢ πρόχες κομίζοντες. Sic nihil convenientius. πρόχοος & πρόχες vas hauriendo aptum & inter vasa domestica satis celebre: Vide Pollucem Lib. 8. Segm. 66. & Lib. 10. Segm. 90. Glossæ Labbæi, Πρόχοος. *Gutturnium*, *guttus*. Hesychius, Πρόχοος, ξέστης, μέτρον. Idem Grammaticus paulo ante, Πρόχοι, προχόοι, ἤγουν ὑδρεῖαι. ἀμφικύβωτοι προχόοι ἤτοι δὲ ἀπὸ τῆς ὅλης περιφερείας κύβους ἀμφικύβωτοι, ἢ ἀπὸ τῶν ὤτων, τὸ ἐξ ἀμφοτέρων δηλοῦντος. πρόχοι, vel ut scribendum est potius, προχοῖ, idem, quod προχόοι, & alterum per alterum explicitum, ut vides: Quare pro ἀμφικόβωτοι προχόοι certe malim ἀμφικύβωτοι προχοῖ: Id enim ex Auctore aliquo sumtum, & ibi expositum. Sed hoc leve: Reliqua gravius laborant & turpius sunt habita. Legendum arbitror, ut hoc obiter addam, ἤτοι δὲ ἀπὸ τῆς ὅλης περιφερείας, κύβους ἀμφικύβωτοι· ἢ ἀπὸ τῶν ὤτων, τῷ ἐξ ἀμφοτέρων δηλοῦν τούτους; vel τούτους ἐξ ἀμφοτέρων δηλοῦντων. ἀμφικύβωτοι dicuntur προχοῖ, vel a tota eorum circumferentia, quæ formis cubicis ubique signata est, vel a solis ansis; quæ formas istas cubicas utrinque ostendunt. Sic nihil facilius aut apertius. Mantilia cubis signata, & a cubis nomen habentia, norunt omnes adhuc hodie: Similiter cum Prochois illis res se habebat. Qui cubos rotundos & περιφερεῖς ibi comminiscuntur, nugas agunt satis insicetas. Sed hoc in transitu occasione loci Æliani: Plura alias.

18. Τέχνη φυσικῆς] Bersmannus & Camerarius, Τέχνη τε φυσικῆς.

19. Καλύπτεται γὰρ εἰς &c.] Bersman-

Καὶ κατὰ μικρὸν γειτνιῶν συλλαμβάνει.
Πειρώμενος δ' ὢν ὁ σπορεὺς τῶν φυτάτων,
Τοὺς ἅρπαγας μὲν, καὶ θρασεῖς, καὶ δυσμάχους,
Εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς εὐγενεῖς δήπου κρίνει·
Τοὺς δὲ πρὸς ὁρμὰς δραστικὰς νωθεστέρους,
Ὡς μὴ φυσικοὺς, ἀλλ' ὑπόπτους ἐκτρίβει.
Οὗτος γέ τοι, κράτιστε, τῶν ζώων μόνος,
Τὴν μὲν κάτω πήγνυσι, τὴν δ' ἄνω γένυν
Κινεῖ θαμινὰ, τὴν τροφὴν θλῶν ταῖς μύλαις.

ΠΕΡΙ ΚΟΣΣΥΦΩΝ.

Τοὺς κοσσύφους δέ φασι τοὺς θαλαττίους,
Ποθεῖν τὸν αἰσχρὸν καὶ φιλήδονον βίον,
Καθάπερ ἁβροὺς καὶ σφριγῶντας βαρβάρους,
Καὶ ζηλοτυπεῖν, καὶ ζητεῖν τὰς συννόμους,

O-

mannus & Camerarius, Εἰς φευγαγώδη τῷ καλύπτεται σκέπῃ.

21. Καὶ κατὰ μικρὸν &c.] Bersmannus & Camerarius, Ἠδὲ κατὰ μικρὸν &c.

24. Εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς &c.] Editio Bersmanni, Εὐθύς γ' ἀπ' ἀρχῆς &c. Distinguendum autem est potius, Τοὺς ἅρπαγας μὲν, καὶ θρασεῖς, καὶ δυσμάχους Εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς, εὐγενεῖς δήπου κρίνει. Similiter Ælianus, ἐάν τι παρεχρῆμα ἐκγλυφεὶς ἁρπάσῃ, πλεῖ &c.

26. Ὡς μὴ φυσικοὺς &c.] Hic etiam Editio Bersmanni, Ὡς μήγε φυσικοὺς &c.

ΠΕΡΙ ΚΟΣΣΥΦΩΝ] Liber Anglicanus plenius, Περὶ κοσσύφων θα-

Quos appropinquans comprehendit mordicus.
Facto periclo procreator ſeminis,
Quotquot rapaces, impigros, & ſtrenuos,
Ignobili non judicat ſatu editos:
Quos contra inertes arguit ſocordia,
Diſcerpit ut ſuſpectum & alienum genus.
Soluſque brutorum, gena quæ ſubtus eſt
Fixa, movet ſubinde ſupremam, cibos
Cum devoratos conficit molaribus.

84. DE MERULIS.

Amare turpem rumor eſt Merulas maris
Vitam, voluptatique prorſus deditam,
Ceu barbarorum amoribus turgens genus,
Et igne conjugum æmulo perurier,

Quas

θαλαττίων. Sunt hæc deſcripta ex Æliani Libro 1. Cap. 14.

3. Ἁβρὰς καὶ σφεγγῶντας] Bersmannus & Camerarius, ἁβρούς τε καὶ σφεγγῶντας.

4. Καὶ ζηλοτυπεῖν, καὶ ζητεῖν τὰς συννόμους] Longe ineptiſſimum eſt illud ζητεῖν, ubi uxores merulæ ſunt domiſedæ, & in thalamis adſunt ſemper: Vide Ælianum loco citato, & Oppianum Lib. 4. Halieutic. Perbene Liber Anglicanus, Καὶ ζηλοτυπεῖν, καὶ σκοπεῖν τὰς συννόμους. Id ſemper faciunt mares, & eo tempore inprimis, quo pariunt uxores ſuæ: Vide Auctores adductos.

Οταν ἐπιςὰς ὁ χρόνος τῶν ὠδίνων
Εἰς φῶς προελθεῖν ἐκβιάζῃ τοὺς τόκους.
Τὰς γὰρ καθ' ὑγρῶν οὐκ ἐῶσι παςάδας,
Ας οἶδεν ἀκτῆς ἐγκοπεὺς διαγλύφειν,
Τοῖς ἐκτιναγμοῖς ἐνδιδούσης τοῦ λίθου.
Πλὴν καὶ παραθηρῶσιν ἐκ τῶν μετρίων
Τροφὰς νεαλεῖς ταῖς λεχοῖς ἀφ' ἑςίας·
Μή τις ὑπελθὼν τὰς κενὰς διεξόδους,
Η συσκιασθῇ καὶ πλονήσῃ τὰ βρέφη,
Η παρασύρῃ καὶ τὰ λέκτρα συγχέῃ.

ΠΕ-

5. Οταν ἐπιςὰς ὁ χρόνος &c.] Bersmannus & Camerarius, Αλόχων ἐπιςὰς ὅπλαν ὠδίνων χρόνος. Pessime, ubi τὰς συννόμους præcedit: Nam sic verba ineptiunt. Eruditi vident, & Tyrones hoc moneo.

8. Ακτῆς ἐγκοπεὺς] *Littoris cælum*, id est, unda & undarum vis: De littore autem petroso, non arenoso, cogitandum hic: Patet ex sequentibus, Τοῖς ἐκτιναγμοῖς ἐνδιδούσης τοῦ λίθου. Quæ male cohærent, & corrupta sunt sine dubio. λίθος, ut notum, generis est ambigui: Lege igitur, vel Τοῖς ἐκτιναγμοῖς ἐνδιδόντος τοῦ λίθου, vel Τοῖς ἐκτιναγμοῖς ἐνδιδούσης τῆς λίθου. *Concussionibus cedente saxo.* Nihil apertius. Ælianus, Κοσσύφῳ δὲ τῷ θαλαττίῳ ἤθη τε καὶ διατριβαὶ αἱ πέτραι, καὶ αἱ σηραγγώδεις ὑποδρομαί. Id sublimius expressit Noster.

10. Πλὴν καὶ παραθηρῶσιν ἐκ τῶν μετρίων Τροφὰς νεαλεῖς] *Quærunt ex modicis cibos recentes.* Quæ sunt illa *modica* & μετρία? An ea, quæ modice suppetunt? Hoc aliquid est, sed quod non satisfacit mihi. Locus est leviter corruptus, nisi omnia me fallant: Scribe minima mutatione, Πλὴν καὶ παραθηρῶσιν ἐκ τῶν πετραίων Τροφὰς νεαλεῖς. *Ex petris & quæ in petris nasci solent.* Ælianus egregie ad hanc suspicionem meam, δείλης δὲ ὀψίας γενομένης, ἀφεῖται τῆς ἀνάγκης τῆσδε, καὶ μαστεύει τροφὴν, καὶ οὐκ ἀτυχεῖ αὐτῆς· καὶ ἑκάστη δὲ ἄρα εὑρίσκει τῶν ἔνδον, εἴτε ἐπ' ὠδῖσιν εἴη, εἴτε ἤδη λεχὼ, φυκία πολλὰ τῶν ἐν ταῖς ὀπαῖς καὶ περὶ τὰς πέτρας, ἃ οἱ δεῖπνόν ἐστιν.

Quas visitant, cum tempus instans partuum
Doloris, alvo pignora eniti jubet.
Namque haud in undis deserunt structos toros,
Quos excavator litoris, scit erutis
Formare petræ callidus cavernulis.
Quin & cibum qui suppetat puerperæ
Nido incubanti, convehunt venatibus:
Ne quis relictis appropinquans cunulis,
Aut occulens se terreat natos recens,
Aut dissipans permisceat cubilia.

85.

ἐϛιν. Nam τὰ πολλὰ τῶν ἐν ταῖς ὀπαῖς καὶ περὶ τὰς πέτρας sunt ipsissima τὰ πετραῖα: Nihil evidentius. Interpres Æliani ista expressit minus bene, ut multa alia.

11. Ἀφ' ἑϛίας] *Paulo longius a domo.*

12. Μή τις ὑπελθὼν τὰς κενὰς διεξόδους] *Subiens vacuas fores & thalamorum exitus*: διεξόδοι sunt cavernarum foramina, per quæ ingrediuntur & egrediuntur merulæ: Nihil certius. Sed quomodo hoc convenit cum illis, quæ præcedunt? An merulæ cibos quæsitum eunt, ne fores quis subeat vacuas? Nihil minus, nihil minus: Nam simulac quæsitum eunt cibos, fores relinquunt vacuas eo ipso; & si eas vacuas relinquere nollent, cibos non debuissent quæsitum ire. Hoc pueri intelligunt, & sentiunt statim. Quid igitur? Itane hæc condere potuit Philes? Cras credam, non hodie. Dicam, quod verum est: Versus transpositi sunt, & locum mutarunt suum: Quo factum, ut nunc plane dissona copulentur: Scribe, Τοῖς ἐκπεπηγμένοις ἐνδιδόντος τοῦ λίθου, Μή τις ὑπελθὼν τὰς κενὰς διεξόδους, Ἢ συσκιασθῇ, καὶ πλήξῃ τὰ βρέφη, Ἢ παρασύρῃ, καὶ τὰ λέκτρα συγχέῃ. Πλὴν καὶ παραθηρῶσιν ἐκ τῶν πετραίων Τροφὰς νεαλεῖς ταῖς λεχοῖς ἀφ' ἑϛίας. Sic nihil convenientius, & nihil accommodatius: Ælianea junge. Pro Μή τις ὑπελθὼν Editio Bersmanni, Μή τις γ' ὑπελθών.

14. Ἢ παρασύρῃ καὶ &c.] Bersmannus & Camerarius, Ἢ παρασύρῃ τι καὶ &c.

ΠΕΡΙ ΒΟΟΣ.

Ἔχει δὲ καὶ θάλασσα βοῦν δή τινα μέγαν,
Ὃς τίκτεται μὲν εἰς ἰλὺν πεφυρμένην,
Ἰχθῦς δὲ θηρᾷν εἰς τροφὴν οὐκ ἰσχύων,
Τὸν γοῦν φονευτὴν ἐλλοχᾷ τῶν ἰχθύων.
Ἐνάλλεται γὰρ ταῖς ῥοαῖς ἀναβράσας,
Καὶ τὴν ἀδιάπνευστον ἐκτείνει στέγην,
Κυρτῶν ἑαυτὸν, καὶ κατείργων τὸν ξένον.
Ὃς ἄγχεται μὲν τῆς πνοῆς πεφραγμένης,
Ἐᾷ δὲ νεκρῶν ἐμφορεῖσθαι λειψάνων
Τὸν βοῦν τὸν ἐχθρὸν, τὸν μελάγχρουν, τὸν φάγον.

ΠΕ-

ΠΕΡΙ ΒΟΟΣ] Liber Anglicanus iterum, Περὶ βοὸς θαλαττίου. Sunt hæc ſumta ex Æliani Libro 1. Cap. 19.

3. Ἰχθῦς δὲ θηρᾷν εἰς &c.] *Cum vero piſces in cibum venari non poteſt, Interfectorem igitur &c.* Piſces capit & capere poteſt bos, ſed cum eos capiendi forte occaſio deſit, in homines convertitur: Ita hoc accipiendum, ne ab Æliano plane diſſentiat Auctor. Interpres accepit male.

6. Καὶ τὴν ἀδιάπνευστον &c.] Bersmannus & Camerarius, Καὶ τὴν ἀδιάπνευστον καθ' ἐκτείνει στέγην. Sic Verſus Senarius pugilice ſe habebit ſcilicet.

7. Κυρτῶν ἑαυτὸν] Ælianus, ἐπικυρτώσας ἐπινήχεται οἱ, καὶ ἐλλοχᾷ, βαρὺς ἄνω ἐγκείμενός τι καὶ πιέζων, καὶ σπαρτώδει μιμήματι ὑπερπετάσας τὸ πᾶν σῶμα τῷ δειλαίῳ ὡς στέγην. Ex quibus emendandus eſt Oppianus Lib. 2. Halieutic. V. 150. & ſeqq.

Εἶτ

85. DE BOVE.

Quid? quod mare educat bovem, magnum satis,
Cœni tenacis in luto qui gignitur,
Sed piscium nescit sequi prædas iners.
Piscantium idcirco struens turbæ dolos,
Dat sese in altum mole vasta corporis,
Instarque tecti se per undas porrigens,
Quem prendit hospitem, recurvus deprimit.
Ille impedito strangulatur spiritu,
Suique pascit corporis cadavere
Hostem voracem atro colore præditum.

86.

Εὖτε τιν' ἀθρήσῃ νάτῳ ὑπὸ βύσσον ἰόντα
Ανθρώπων, ὅσσοισιν ὑποβρύχιος πόρος ἅλμης
Μέμβλεται, αὐτίκ' ὁ κοῦφος ὑπὲρ κεφαλῆφιν ἀερθεὶς
Νήχεται ἀσιμφὴς, μεγάρων ὀρόφοισιν ἐοικὼς,
Ατροπος ἀμφιπεσθείς.

Quid ὁ κοῦφος est de tanto pisce, & quidem imbecillo ac molli? Apage, apage nugas: Ælianus secutus est Oppianum, & legendum, αὐτὰρ ὁ κυρτὸς ὑπὲρ κεφαλῆφιν ἀερθεὶς Νήχεται ἀσιμφὴς. Sic nihil concinnius, & singula Æliani respondent singulis Oppiani. Pro νάτῳ ὑπὸ βύσσον ibi etiam scribo νάτον ὑπὸ βύσσον, quod boni Amanuenses cæsuram non intelligentes mutarunt: Ipse Oppianus ἡ βύσσος & ὁ βύσσος probe distinxit cum vulgo, nec ambiguitatem dilexit tantam.

8. Ος ἄγχεται] Ita recte Bersmannus pro ἄχθεται, quod Editio Arsenii habet.

ΠΕΡΙ ΣΑΡΓΟΥ.

Ο σαργὸς ἰχθύς ἐστιν εἰς οἶστρον ζέων·
Διψῶν τε φωτὸς, καὶ στιτούμενος πόας,
Οἰκεῖ πρὸς ἀκτὰς παγγενὴς ἠθροισμένος,
Ὅπου διασφὰξ ὑγρολάξευτος λίθου,
Τῶν ἡλιακῶν ἐμφορεῖται λαμπάδων.
Φιλεῖ δὲ καὶ τὰς αἶγας ἀῤῥήτῳ σχέσει.
Καὶ γὰρ παραθεῖ γειτνιῶν ταῖς ἐκνόμοις.

ΠΕΡΙ ΠΟΛΥΠΟΔΟΣ.

Βορώτατον δὲ καὶ πανοῦργον τὴν φύσιν,
Καὶ θερμὸν εἰς κίνησιν ἀφροδισίων,
Ἀεὶ καθ' ὑγρῶν τὸν πολύποδα βλέπων,
Αὐτοκράτορ, τέθηπα τῆς ἀπληστίας.
Ὅταν γὰρ ἡ θάλαττα δεινόν τι βρύχῃ,
Καὶ πνεῦμα πυκνὸν τὸν βυθὸν διατρέχον,

Τὸ

ΠΕΡΙ ΣΑΡΓΟΥ] Ælianus Lib. 1. Cap. 23.

2. Διψῶν τε φωτὸς] Liber Anglicanus, Διψῶν δὲ φωτός.

4. Διασφὰξ ὑγρολάξευτος λίθου] Petræ caverna fluctu marino facta: Hoc commode explicat illud, Ας εἶδεν ἀκτῆς ἐγκοπεὺς &c. Capite 84.

7. Γειτνιῶν ταῖς ἐκνόμοις] Hoc recte intelligendum: σύννομα dicuntur animalia, quæ sunt ejusdem generis, ut nemo nescit: ἔκνομα igitur sensu

86. DE SARGO.

Amoris œſtro Sargus ardens æſtuat,
Sitienſque lucem, herbæque paſtu victitans,
Litus colit ſtipante multitudine:
Qua rupium diviſa aquis diſtantia,
Solis repletur permeante lampade.
Sed & capras infanda amat libidine,
Ad quas propinquans advolat præ gaudio.

87. DE POLYPODE.

Cunctis edacem & callidum præ piſcibus,
Acrique amoris æſtuantem incendio,
Qui Nerei frequentat undas, Polypum,
Monſtrum videns ſtupeſco non explebile.
Nam fluctibus cum fervet æquor concitum,
Ventuſque veſanus profundum permeans

At-

ſenſu contrario ea, quæ generis ſunt diverſi, & plane alia. Sic de capris Auctor recte uſurpat vocem, cujus σημασία vulgaris convenire non poteſt.

ΠΕΡΙ ΠΟΛΥΠΟΔΟΣ] Ex Æliani Libr. 1. Cap. 27. & 37. Libr. 6. Cap. 28. Lib. 7. Cap. 11. & Lib. 9. Cap. 45.

3. Ἀεὶ καθ' ὑγρῶν τὸν &c.] Bersmannus & Camerarius, Τὸν πολύποδα βλέπων ἀεὶ θαλάσσιον.

7. Καὶ

Τὸ ῥεῖθρον ὑψοῖ, κ̀ς ςροβεῖ, κ̀ς συγχέῃ,
Θήρας ἄγων ἄγευςον ἐνταῦθα χρόνον,
Αὐτὺς ἑαυτῦ τὺς πλοκάμυς ἐσθίει.
Τροφῆς δὲ τυχὼν ὁ φθορεὺς ἀλλοτρίας,
Οταν ἔχῃ τὸ ῥεῖθρον ὑπτίαν χύσιν,
Τὸ δαπανηθὲν εἰς ἀνάπλασιν φύει.
Καὶ τὸν μὲν ἐχθρὸν εὐχερῶς ἂν ἐκφύγοι,
Πρὸς ὄψιν αὐτῷ γειτνιῶν τὸ λανθάνον.
Δραξάμενος γὰρ τῆς προκειμένης ὕλης,
Ημειψεν ἥνπερ εἶχε μορφὴν ἡ φύσις,
Ως κ̀ς δοκεῖν ἐκεῖνο τυχὸν τὸ ξύλον,
Η τὸν παρόντα λίθον ὀφθῆναι μόνον.
Προκείμενον δ' ὖν τῷ παρεῖσθαι τὸν τόνον

Ex

7. Καὶ ςροβεῖ] Scribe ἓ ςροβῇ, ut hoc cum fociatis confpiret.

9. Τὺς πλοκάμυς ἐσθίει] Berfmannus & Camerarius, τὺς πλοκάμυς ἀφεσθίει.

10. Τροφῆς δὲ τυχὼν ὁ &c.] Bersmannus & Camerarius, Τροφῆς δ' ὧδε τυχὼν ὁ &c.

11. Οταν ἔχῃ] Editio Berfmanni Οταν τ' ἔχῃ.

12. Τὸ δαπανηθὲν] Berfmannus & Camerarius, Τό γε δαπανηθὲν.

14. Πρὸς ὄψιν αὐτῷ γειτνιῶν τὸ λανθάνον] Ita Arfenius edidit ex Libro fuo: Corrupte fine dubio: Nam fenfus in his eft nullus, ut omnes & finguli vident, qui aliquem oculorum habent ufum. In Libro Anglicano fcriptum eft, Τὴν ὄψιν αὐτῷ γειτνιῶντι λανθάνον: Quod male etiam habet, fed ad veram lectionem nos ftatim manu quafi ducit: Duplex fcilicet fcriptura olim in Libris non iifdem: Hi, Πρόσοψιν αὐτῷ γειτνιῶντι λανθάνειν, illi Τὴν ὄψιν αὐτῷ γειτνιῶντι λανθάνειν habuerunt fcriptum: Utrique

Attollit undas, perque turbat flamine:
Conchyliorum haud tunc vacans venatibus,
Fame premente ipſus ſibi cirros edit.
At pabuli facta voraci copia,
Cum ſtrata ſubſidunt procellis æquora,
Reformat inſtaurans, quod abſumſit fames.
Haud ille difficulter hoſtem effugerit,
Aſpectui quod fallat incautum offerens.
Prehenſus eſcam corripit dum pendulam,
Mutat colorem lege ſub loci ſuum:
Ut ipſe lignum refferat, quod contigit;
Aut eſſe ſaxum, quo moratur ſubdolus.
Quin deminutis deſtitutus viribus,

Amo-

que bene & ſententia non diverſa. λανθάνειν τινὰ ipſi Tyrones non ignorant: Hic ὄψιν vel πρόσοψιν λανθάνειν habemus eodem ſenſu, & αὐτῷ γειτνιῶντι, ut millies, ſcriptum eſt pro αὐτοῦ γειτνιῶντος: Id omne autem paulo floridius poſitum pro αὐτὸν γειτνιῶντος λανθάνων. Sentisne? Sic locus perſpicuus eſt & ſanus.

15. Δεραξάμενος γὰρ &c.] Berſmannus & Camerarius, Δεδραγμένος γὰρ &c.

17. Ὡς ἐ δοκεῖν ἐκεῖνο τυχὸν τὸ ξύλον, Η &c.] Hæc non ſunt bene diſtincta: Scribe, Ὡς ἐ δοκεῖν ἐκεῖνο, τυχὸν τὸ ξύλον Η τὸ παρόντα λίθον, ὀφθῆναι μόνον. Quod vertas, *ut ſit revera, ac ſi illud, forte lignum aut præſens ſaxum, videatur ſolum.* ἐκεῖνο generalius ſcriptum eſt iſta forma Nam præcedens ὕλης revera reſpicit: Et ſic Græci ſæpe, quod tamen Interpretes non animadvertunt ſæpe. Pro τυχὸν τὸ ξύλον Berſmannus duce Camerario edidit τὸ ξύλον τυχόν.

19. Προκείμενον δ' ὂν τῷ παρειᾶς — ἐ συλλέγων] Verba Latine ſonant:

Qq *Lx-*

Ἐκ τῆς περὶ τὸν οἶστρον ἀποπληξίας,
Ἰοῦ θανάτῳ, κἂν βραχὺς τρίβῃ χρόνος,
Προθεὶς ἑαυτὸν, ἑστιᾷ τοὺς καρκίνους,
Οὓς ἤσθιε πρὶν ἐλλοχῶν καὶ συλλέγων.
Τίκτει δὲ ῥᾷστα, καὶ βραχεῖ πλεῖστα χρόνῳ,
Καὶ νήχεται ζῶν εὐαρίθμητον βίον.
Ὅταν δὲ χειμὼν καὶ δριμύτης ἡ ψύχους,
Καὶ μειδιῶσαν οὗτος αἰθρίαν ἴδοι,
Τὸ ῥεῖθρον ἀφεὶς, καὶ τὸ σύννομον γένος,
Ἔξεισιν εἰς τὴν χέρσον ἕρπων ὡς ὄφις·

Καὶ

Expositus vero virium & nervorum remissioni Ex illa circa libidinem insania, Eheu, morti, si modo tempus eum atterat breve, Exponens & offerens sese, convivium præbet carcinis, Quos devorabat antea insidians & colligens sibi. Editio Arsenii & Liber Anglicanus corrupte habebant Ἰοῦ θανατῶ: Quod nos mutavimus. In eodem Libro Anglicano τοὺς καρκίνους scriptum pro τὸν καρκίνον, quod Editio Arsenii præfert: Et hoc sumsimus non inviti, quia hoc revera durius & ingratius est, etiamsi καρκίνον accipias γενικῶς de omni carcinorum gente. Bersmannus & Camerarius hæc ita constituerant & accommodarunt ad captum suum, Προκείμενος δ' ὢν τῷ πυρεῖσθαι τὸ τόνον, Ἐκ τῆς περὶ τὸν οἶστρον κλίνει τ' ἀποπληξίας, Ἐκ τοῦ τ' ἔπειτα, κἂν βραχὺς τρίβῃ χρόνος, Προθεὶς ἑαυτὸν, ἑστιᾷ τὸν καρκίνον, Οὓς ἤσθιε πρὶν ἐλλοχῶν καὶ συλλέγων. Homines digni, ita vivam, quibus ferularum infligantur ictus: Nam nihil pejus aut perplexius.

25. Ζῶν εὐαρίθμητον βίον] De fœmina hoc accipiendum, ut præcedens illud de mare: Similiter Ælianus: Vide Lib. 6. Cap. citat.

26. Ὅταν δὲ χειμὼν καὶ &c.] Bersmannus & Camerarius, Ὅτ' ἂν ᾖ δὲ χειμὼν, ψυχρός τε δριμύτης.

28. Τὸ ῥεῖθρον ἀφεὶς, καὶ &c.] Bersmannus & Camerarius, Ἀφεὶς τὸ ῥεῖθρον, καὶ &c.

29. Ἔξεισιν εἰς τὴν χέρσον ἕρπων ὡς ὄφις]

Amoris œſtro, ceu ſtupore percitus,
Jacet, moramque temporis poſt pauculi
Se præbet ipſe devorandum piſcibus,
Quos viſceri immergebat ante colligens.
Parit facillime, brevique plurimos,
Natatque vitam non agens durabilem.
Cum frigoris bacchatur inclementia,
Sudumque ridens eminus proſpexerit,
Freto relicto, gentis & commercio,
Repens ut anguis exit in terræ ſolum.

Pe-

ὄφις] Inepta comparatio: Nam ſerpens pedibus caret, Polypus contra illis abundat, & ab ipſa illa abundantia nomen ſortitus eſt: Nihil evidentius. Tardus eſt Polypus, & lente procedit: Ideo ἕρπων dicitur ſæpe, & ab Oppiano Lib. 2. Halieutic. vocatur ἑρπυστής. Iſtæ locutiones deceperunt Auctorem, ſi ita ſcripſerit manu ſua: Qua de re, hercule, dubitari poſſet: Nam nimis inepta eſt comparatio, ut dicam quod ſentio, & vix eſt, ut aliquis eo, quo Philes, natus ingenio, ita ineptire poſſit: Id omnes, qui ſunt paulo perſpicaciores, vident mecum. Nam, ut hoc addam, in eo etiam claudicat comparatio, quod Polypus pedibus abundans, illis ipſis incedat lente, ſerpens vero pedibus carens, flexuoſo corporis ſui impulſu provehatur ſatis celeriter, atque adeo in ipſo motu etiam ſimilitudo ſit nulla. Quid plura? Amanuenſes ignavos, aut male moratos Criticos hic iterum nobis dediſſe ſuſpicor, quod ipſe Philes non dederat: Quid ſi legamus enim, Ἔξεισιν εἰς τὴν χέρσον ἕρπων οἷς ποσί? Nonne locus ſe recte habet, & ab omni ineptiarum ſuſpicione liberatur prorſus? *Suis pedibus:* οἷς pro ἑοῖς, quod Verſus Dodecaſyllabus non admittebat? Certe hoc aptum eſt; hoc placet mihi, & ex facili natum, omnibus non inſulſis ſe commendabit, auguror, ſtatim.

 31.

Καὶ πέτραν εὑρὼν, καὶ ταθεὶς ἐπὶ στόμα,
Ταῖς ἡλιακαῖς ἐγχρονίζει λαμπάσι.
Δένδρου τε παντὸς ἂν ἐπιβαίνειν θέλῃ,
Καὶ τοῦτο τούτῳ ῥᾷστον εἰς ἕρμα τρύγης.
Ἁψάμενον δὲ πηγάνου τὸ θηρίον,
Κινήσεως ἔρημον εὐθὺς εὑρέθη.

ΠΕΡΙ ΛΑΒΡΑΚΟΣ.

Λάβραξ δὲ χανδὸν ἐκπετάσας τὸ στόμα,
Καρῖδας αἱρεῖ, πρὸς τὰ κέντρα μὴ βλέπων.
Τούτοις δὲ τοῦ φάρυγγος ἐξωδηκότος,
Θνήσκει τροφῆς ὄλεθρον ὀξὺν ἁρπάσας.

ΠΕΡΙ ΜΥΡΑΙΝΗΣ.

Οταν ἁλιεὺς ἐκτινάξας τὸν δόλον,

Ὑπο-

31. Ταῖς ἡλιακαῖς ἐγχρονίζει] Bersmannus & Camerarius, Ταῖς ἡλίου τοτ' ἐγχρονίζει.

33. Εἰς ἕρμα τρύγης] Quid hoc? Interpres, *Quod se tenenti fructibus est facillimum.* Nihil ineptius: Per fructus enim in arbores non ascendunt illi, sed per truncos & ramos: Pueri sentiunt & sciunt. Apage, apage illud ἕρμα, quod hic adeo caducum est, ut ne quidem ἕρμα λ sustineri possit ullo modo. Amanuensibus, a quibus profectum est, id ego redono lubens: Ipse Philes absque ullo dubio scripsit, vel εἰς ἔργα τρύγης, vel εἰς ἔργμα τρύγης. Nam furtum, quod fructus ex arboribus decerpentes faciunt Polypi, certo certius hic commemorat Auctor: Junge Ælianum Lib. 9. Capite citato. ἔργμα idem, quod πρᾶγμα, ut sciunt, qui Linguam cal-

Petraque tunc reperta in os provolvitur,
Manens amica Cynthii ſub lampade.
Gaudetque quamvis arborem conſcendere;
Quod ſe tenenti fructibus facillimum eſt.
Idemque rutæ ſternitur contactibus,
Jacetque motionis expers illico.

88. DE LUPO.

Hiante fuſus ore per lacum lupus
Capit ſquillas, nil moratus aculeos.
Gula ſed iſtis intumeſcente ictibus
Extinctus, ingluviæ luit pœnas nece.

89. DE MURÆNA.

In rete cum piſcator artibus doli

Mu-

callent: Id longe appoſitiſſimum, & alteri mea opinione præferendum. Tu ſumas, tamen Lector, quod placet tibi.

34. Αψάμμον ἢ πηγάιν &c.] Bersmannus & Camerarius, Αψάμμον αὖ ἢ πηγάιν &c.

ΠΕΡΙ ΛΑΒΡΑΚΟΣ] Ælianus Lib. 1. Cap. 30. Inſcriptio eſt a Berſinanno: Nam apud Arſenium non extat.

1. Εκπετάσας τὸ στόμα] Editio Berſinanni, ἐκπετάσσας τὸ στόμα. Apud Ælianum tranſpoſita vocula legendum eſt, κέχηνε ἢ ὁ λάβραξ μέγα, καὶ ἐστιν οἱ τὰ τῆς δίζης ἀπαλά. Nunc male ἢ ante μέγα comparet in Vulgatis.

ΠΕΡΙ ΜΥΡΑΙΝΗΣ] Ælianus Lib. 1. Cap. 33.

1. Οταν ἁλιεὺς ἐκπτάξας τὸν δόλον] Margo Libri Anglicani pro lectione di-

Υποσπάση μύραιναν, Αὐσονοκράτορ,
Εἰς πίθον ἀντλῶν ἀγνοεῖ κεκλασμένον.
Η μὲν γὰρ εὐθὺς ἀπὸ μετρίου πόρου,
Διεξέδυ σώζουσα καὶ τὰς συννόμους·
Ο δὲ βλέπων ἔστηκε τὸν βρόχον μάτην.

ΠΕΡΙ ΣΗΠΙΑΣ.

Πανοῦργος ἐστὶ τὴν φύσιν ἡ σηπία,
Τῶν θηρατῶν κλέπτουσα τὴν κακουργίαν.
Εμεῖ γὰρ ἀπόσφαγμα τοῖς ῥείθροις μέλαν,
Καὶ λαμβάνει τὴν ὄψιν ἐνδῦσα γνόφον,
Καὶ τέρπεται θηρῶσα τὴν σωτηρίαν.
Αλλὰ σκόπει μὴ ζῶσαν εἰς χεῖρας λάβοις.

Αλ-

diversa, τὸ βόλον: Et hoc simplicius est, alterum figuratius. Sumere potes, Lector, quod placet. βόλος, & jactus & rete: Id nemo nescit hodie. Bersmannus & Camerarius inter ἀλιεὺς & ἐκτινάξας interposuerunt δέ τ'.

2. Υποσπάση μύραιναν] Apud Ælianum in Libris Nostris hodie est σφύραιναν: Quod male mutant Viri Eruditi: Nam de sphyræna id scribere potuit Auctor, quæ sudis Latine dicitur, & lucio similis, callidissima esse potest. Oppianus Lib. 3. Halieutic. V. 117. σφύραιναι etiam. Scriptura tamen variavit, & apud Ælianum Philes Noster invenit μύραιναν; sicuti in Oppiano etiam μύραιναι habet unus ex Libris Palatinis. Res est ambigua, & utrique pisci communis esse potest elabendi ratio: Hoc tutissimum, donec meliora & certiora doceant rei piscariæ gnari.

3. Εἰς πίθον ἀντλῶν &c.] Bersmannus & Camerarius, Εἰς πίθον ἄγ' ἀν-

Murænulam forte egit, o rex Auſonum,
Pertuſo aquam ſe haurire neſcit dolio.
Elapſa namquē per foramen parvulum,
Secum cohortem liberat ſodalium.
At ille fruſtra ſtans ſagenas aſpicit.

90. DE SEPIA.

Eſt verſipellis Sepiæ & vafra indoles,
Piſcantium qua callide eludit dolos.
Atrum cruorem nam vomens, pontum inficit,
Caliginemque induta viſus eripit,
Partaque ſic ovat ſalutis copia.
Sed tu cave vivam in manus ut ſumſeris,

Quin

ἀντλῶν &c.

4. Η μὲν γὰρ εὐθὺς &c.] Berſmannus & Camerarius, Η μὲν γὰρ ἐνθένδ' εὐθὺς &c.

ΠΕΡΙ ΣΗΠΙΑΣ] Ælianus Lib. 1. Cap. 34. & Lib. 5. Cap. 44.

2. Τῶν θηρατῶν κλέπτουσα &c.] Bersmannus & Camerarius, Τῶν ἁλιέων κλέπτουσα &c.

3. Εμεῖ γὰρ ἀπόσφαγμα &c.] Bersmannus & Camerarius, Εἰς ῥεῖθρα γάρ τ' ἐμεῖ μέλαν ὑπόσφαγμά τι. Neſcio, cur ἀπόσφαγμα mutaverint. Sed an ita fortaſſe Operæ?

4. Καὶ λαμβάνει τὴν ὄψιν ἐνδῦσα γνόφον] *Et ſumit viſum induens caliginem:* Quid hoc? Nihil plane, nihil. Scribe abſque mora periculo meo, Καὶ λανθάνει τὴν ὄψιν ἐνδῦσα γνόφον. *Oculos eludit.* Nihil aptius aut ſyncerius. Τὴν ὄψιν λανθάνων ex Libro Anglicano ſimiliter reſtituimus Capite de Polypo. Ælianus, ἐκ κλέπτεται τὴν ὄψιν ὁ ἁλιεὺς, ἐ ἡ μὲν ἐν ὀφθαλμοῖς ἐστιν, ὁ δ' οὐχ ὁρᾶ. Id Philes ita contraxit.

8. o-

Ἄλλος γὰρ ἂν φθάνοι τὶς, ἐκ πείρας βλέπων
Ὀδόντας ὀξεῖς εἰς ἀπόκρυφον στόμα,
Καὶ δῆγμα πικρὸν ἐξ ἰοῦ προηγμένον.

ΠΕΡΙ ΤΡΥΓΟΝΩΝ.

Ἰοῦ δὲ μεστὰ καὶ φθορᾶς ὀξυδρόμου
Τῶν τρυγόνων τὰ κέντρα τῶν θαλαττίων·

Οἷς

8. Ὀδόντας ὀξεῖς εἰς ἀπόκρυφον στόμα] Dentes cum Æliano sepiis tribuit Philes: Et ita etiam Aristoteles Lib. 4. Cap. 1. de Histor. Animal. & Lib. 4. Cap. 9. de Partib. Animal. Hoc tamen caute accipiendum: Nam dentes sepiæ non sunt proprie dentes, sed rostri & oris partes aduncæ, quæ dentes dicuntur, quia adinstar dentium sunt, & idem illud, quod dentes præstant. Ita Aristotelis loca perbene explicuit Rondeletius, qui sepiis sæpe inspectis, dentes in illis repperit nullos. In loco Philosophi altero de Partib. Animal. scribendum est, ut hoc in transitu addam, τοὺς πόδας ἔμπροσθεν περὶ τὴν κεφαλὴν, ἐγγὺς μὲν τῶν ὀφθαλμῶν, περὶ δὲ τὸ στόμα καὶ τοὺς ὀδόντας. Nunc pessime legitur vulgo, ἔντος μὲν τῶν ὀφθαλμῶν, ac si pedes in ipsis oculis hærerent, & ex ipsis oculis enascerentur: Quo nihil exoletius. Ex scriptura compendiaria error est facilis. Athenæus de sepiarum dentibus ex Aristotele etiam agit Libro 7. Convivii, & similiter intelligendus est: Τὴν σηπίαν δὲ Ἀριστοτέλης φησὶ πόδας ἔχειν ὀκτὼ, ὧν τοὺς ὑποκάτω δύο μεγίστους, προβοσκίδας δύο, καὶ μεταξὺ αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ στόμα. ἔχει δὲ καὶ ὀδόντες δύο· τὸν μὲν ἄνω, τὸν δὲ κάτω. καὶ τὸ λεγόμενον ὄστρακον ἐν τῷ νώτῳ. Quæ de dentium numero & loco scribit Athenæus, non immerito in rem suam adduxit Rondeletius: Nam satis aperte expositionem ejus statuminant; quam, ne quis dubitet, egregie etiam confirmant verba illa Philosophi Libro 4. Cap. 9. de Partib. Animal. ἔχουσι δὲ ἀνομοίως αἱ σηπίαι καὶ αἱ τευθίδες τοῖς πολύποσι, διὰ τὸ νευστικὸν καὶ μόνον εἶναι, τοὺς δὲ πορευτικούς. αἱ μὲν γὰρ τοὺς ἄνωθεν τῶν ὀδόντων ἔχουσι, καὶ τούτων τοὺς ἐσχάτους δύο μείζους, τοὺς δὲ λοιποὺς τῶν ὀκτὼ, δύο κάτωθεν μεγίστους τούτων. Si in ore interiori starent sepiarum dentes, & oris extrema pro dentibus non habenda essent, sepiæ non pos-

Quin potius alius te prior, probaverit
In ore acumen dentium recondito,
Pestemque morsus tabidam venefici.

91. DE PASTINACIS.

Madent veneni pestilentis vulnere,
Quæ Pastinacis sunt marinis spicula.

Queis

possent dici, πόδας ἔχειν ἄνωθεν τῶν ὀδόντων, sed dici deberent, πόδας ἔχειν ἄνωθεν τοῦ στόματος: Nunc apposite pedes illis tribuuntur ἄνωθεν τῶν ὀδόντων, quia dentes partem oris constituunt exteriorem, & sunt ipsum os exterius: Hoc omnes sentiunt. Sed quid est in loco Athenæi illud, μεταξὺ αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ στόμα? An inter pedes & promuscides sunt sepiarum oculi, & sic os, dentes, & oculi inter pedes latitant junctim, eaque pedum circumstipant flexus? Hoc novum, hoc inauditum. Ita tamen leguntur verba Athenæi ab omnibus, ita ab Erudito Medico vertuntur Latine. Nihil insulsius, hercule, nihil oscitantius unquam vidi: Corrigamus locum, ne posthac imago sepiæ adeo præpostera ex eo effingatur: Scribendum est, Τὴν σηπίαν δὲ Ἀριστοτέλης φησὶ πόδας ἔχειν ὀκτὼ, ὧν τοὺς ὑποκάτω δύο μεγίστους, προβοσκίδας δύο, καὶ μεταξὺ αὐτῶν τοὺς ὀδόντας καὶ στόμα, ἔχει γὰρ καὶ ὀδόντας δύο, τὸν μὲν ἄνω, τὸν δὲ κάτω, καὶ τὸ λεγόμενον ὄστρακον ἐν τῷ νώτῳ. Sic nihil convenientius. τὰ ἐντὸς sepiæ commode enumerantur junctim, & illa de dentibus ita interjiciuntur venuste, quia Philosophus mollibus in genere dentes ejusmodi tribuit duos: Vide loca citata. Ex ὀδόντας implicite scripto fecerunt Amanuenses ignavi ὀφθαλμοὺς: Sic millies erratum. Quia vero os sepiæ inter pedes & promuscides latet, apposite ab Auctore Nostro hic vocatur στόμα ἀπόκρυφον; neque aliter accipiendi sunt Æliani ὀδόντες ὑπολανθάνοντες: Hoc diligenter notandum, ne absona de his fingas cum indoctis.

ΠΕΡΙ ΤΡΥΓΟΝΩΝ] Hæc Inscriptio etiam est a Bersmanno, & in Editione Arsenii non habetur: Liber Anglicanus, Περὶ τῆς θαλασσίας τρύγονος. Sunt hæc sumta ex Æliani Lib. 2. Cap. 36. & Lib. 8. Cap. 26.

Οἷς ϗ τεθηλὸς ἂν ἀμυχθῇ δενδρίον,
Μαραίνεται, ζῆν οὐκέτι δυνάμενον.
Καὶ τοὺς ἁλιεῖς φασὶν ἐκτόπως τρέμειν
Τὰ δυσχερῆ μὲν ταῦτα τοῦ ζώου βέλη.
Αν γάρ τις αὐτοῖς τοῖς κακίστοις κεντρίοις
Πληγῇ, μόλις τε τῶν ἰατρῶν ἡ τέχνη
Ῥύσαιτ᾽ ἂν αὐτὸν τῆς φθορᾶς τοῦ κινδύνου.

Πρὸς

3. Οἷς ϗ τεθηλὸς ἂν ἀμυχθῇ δενδρίον] Emendemus hac occasione Oppianum, qui inter alia Lib. 2. Vers. 487. & seqq. Halieutic. de pastinacæ aculeo ita canit,

—— οὐδ᾽ ἄρα μοῦνον ἐπὶ ζώοις ἀΐδηλον
Ἄτην, ὅσσα βάλῃσιν, ἐρεύγεται· ἀλλὰ καὶ ἔρνος,
Καὶ πέτρην ἐκάκωσε, καὶ εἴ ποθι κεῖνο πελάσσῃ.
Εἰ γάρ τις κ᾽ ἐριθαλλὲς &c.

Quid est amabo, πέτρην? An saxum & rupes corrumpit radius? Mirum: Nam quo modo in eas intrat, & intrans aliquid immittit, quod corrumpendo sit? Nimis sane hoc lepidum est, & eo ipso docemur, Amanuenses omne illud lepidum fabricasse sibi. Scribe, ἀλλὰ καὶ ἔρνος, Καὶ πρέμνον ἐκάκωσε. *Et ramum & truncum*: totam arborem. Sic nihil syncerius. Vide ipsius Oppiani Versus sequentes, & Nicandrum in Theriacis. Ælianus etiam perquam apposite, δένδρῳ τῷ μεγίστῳ καὶ πάνυ εὐθαλεῖ, καὶ εὐέρνεῖ, καὶ λίαν τεθηλότι τὴν χλόην, εἰ προσαγάγοις τὸ κέντρον, καὶ νύξοις τὸ δένδρον, μετὰ μικρὸν ἐκβάλλει τὰ φύλλα· καὶ ἐκείνων καταῤῥεόντων εἰς τὴν γῆν τὸ πᾶν πρέμνον αὐαίνεται. Ex scriptura compendiaria iterum fœdus hic error, quem adjuvit cæsuræ etiam ignoratio. Bersmannus pro ἂν ἀμυχθῇ edidit ἐὰν ἀμυχθῇ

4. Ζῆν οὐκέτι δυνάμενον] Bersmannus & Camerarius, ζῆν οὐκέτι δύναμιν ἔχον, ut scilicet Versus Senarius sic numeros haberet suos.

5. Καὶ τοὺς ἁλιεῖς &c.] Hunc Versum & Versus octo sequentes ex Libro Anglicano adjecimus, & ita adornati sunt, ut facile appareat, eos non a prima, sed a secunda esse manu: Eidem nempe Auctori debentur sine dubio, cui alia ex Libro isto adjecta.

Ibid. Ἐκτόπως τρέμειν] Nunquam scilicet acrius pungit, & acrius pungendi

Queis ſauciata germinans arbuſcula
Marceſcit, areſacta ſiccis frondibus.
Et piſcatores dicunt vehementer metuere
Gravia quidem hæc animantis tela.
Si enim quis hiſce peſſimis aculeis
Ictus fuerit, vix Medicorum ars
Liberet illum a pernicie periculi.

Ad-

gendi occaſionem habet paſtinaca, quam apprehenſa & capta: Hoc ipſa ratio docet, & multi experti ſunt malo ſuo. Quod ubi conſidero, neſcio, quia ſit, quod de paſtinaca apud Horapollinem legimus in Hieroglyphicis, Ἄνθρωπον ἐπὶ φόνῳ κολασθέντα, καὶ μεταμεληθέντα βουλόμενοι σημῆναι, τρυγόνα προσπεπλεγμένην ἀγκίστρῳ ζωγραφοῦσιν. αὕτη γὰρ κατασχεθεῖσα, ῥίπτει τὴν ἐν τῇ οὐρᾷ ἄκανθαν. Nam primo, capta non abjicit radium, tanquam facinorum commiſſorum pœnitentia ducta, ſed eo in capientium perniciem tunc maxime utitur: Dein, nullus ego intelligo, quo modo ipſa paſtinaca radium ſuum abjicere poſſit, cum caudæ ſatis firmiter inhæreat, & ex parte ejus craſſiori oriatur. An balbutiit Horapollo cum ſuis Ægyptiis, & fabulas narravit? Poteſt: Vix tamen puto: Res enim nota nimis & quotidiana. Quare culpam in Amanuenſes rejicio, qui ex aptis & bonis procuderunt nobis inepta & prava. Visne ſuſpicionem? Scribendum autumo plane, Ἄνθρωπον ἐπὶ φόνῳ κολασθέντα, καὶ οὐ μεταμεληθέντα βουλόμενοι σημῆναι, τρυγόνα προσπεπλεγμένην ἀγκίστρῳ ζωγραφοῦσιν. αὕτη γὰρ κατασχεθεῖσα, ἵπτει, vel τύπτει, τῇ ἐν τῇ οὐρᾷ ἀκάνθῃ. Sic nihil convenientius & accommodatius. Inſcriptio Capitis male etiam habet, & imperfecta eſt, ut aliæ plures: Legendum nunc ad iſtam ſuſpicionem meam, Πῶς ἄνθρωπον ἐπὶ φόνῳ κολασθέντα, καὶ οὐ μεταμεληθέντα: Res eſt aperta. Et hæc monere debueram, cum nuper Libellus iſte cum Notulis meis in publicum prodiit.

7. Αὐτοῖς τοῖς κακίστοις κέντροις] Αὐτοῖς hic ſcriptum pro τούτοις, niſi legendum αὐτοῦ.

9. Τῆς φθορᾶς τοῦ κινδύνου] Junge Verſum 5. Capitis 40.

Πρὸς τοῖς γε αὖθις καὶ πραΰνειν τοὺς πόνους
Τοὺς σφοδροτάτους τῶν ὀδόντων ὀξέως,
Καὶ συντρίβειν μάλιστα τοὺς βεβρωμένους,
Ὀδόντας τ' αὐτοὺς ἐξάγειν ἀνωδύνως.

ΠΕΡΙ ΑΛΩΠΕΚΟΣ.

Τὴν κερδαλῆν δέ φασι τὴν θαλαττίαν,
Τοῖς ἐγκάτοις ἄγκιστρον εἰσδεδεγμένην,
Σοφῶς ἑαυτὴν ἀπὸ τῶν ἔνδον στρέφειν,

Ως

10. Καὶ πραΰνειν τοὺς πόνους] Hic & postea subaudiendum est φασί: Moneo in gratiam Tyronum.

13. Ὀδόντας τ' αὐτοὺς ἐξάγειν ἀνωδύνως] Dioscorides Lib. 2. Cap. 22. Τρυγόνος θαλασσίας τὸ κέντρον, ὃ δὴ ἀπὸ τῆς οὐρᾶς αὐτῆς πέφυκεν ἀντεστραμμένον ταῖς φολίσιν, ὀδόντα πονοῦντα πραΰνει. θρύπτει γὰρ καὶ ἀποβάλλει. *Pastinacæ marinæ aculeus, qui ex cauda ejus enascitur ordine contrario, quo enascuntur squamæ, dentes laborantes sedat. dissolvit enim eos & evocat.* Pro λεπίσιν ibi scriptum est φολίσιν, quæ cum a capite ad caudam in piscibus dirigant sese, radii contra aculei in pastinaca a cauda ad caput se dirigunt, & ordine contrario hærent. Ita vertendus & accipiendus est locus, qui male versus & male acceptus diligentissimum Rondeletium ad summas augustias redegit: Vide eum Lib. 12. Cap. 1. de Piscib. In dentes igitur virus suum immittit radii aculeus, eosque ita solvit & evocat: Hóc Dioscorides aperte dicit, & ex Dioscoride apertius repetit Paulus Ægineta Lib. 7. de re Medic. Τρυγόνος θαλασσίας κέντρον ἐπικρουόμενον ὀδόντι ἀσθενεῖ, θρύπτει αὐτὸν, καὶ ἐκβάλλειν ποιεῖ. Quare miror, cur Sarracenus, Dioscoridis Interpres, & ipsum Dioscoridem aculei usum in sedandis dentium doloribus non satis expressisse putet, & apud Paulum ex Plinio ἐπιχειρόμενον pro ἐπικρουόμενον scribendum esse suspicetur. An Vir Eruditus credidit, ipsum aculeum facere non posse, quod facit aculei pulvis cum Helleboro commixtus? Si ita sit, Medicus,

Adhæc contra & mitigare dolores
Vehementiſſimos dentium celeriter,
Et conterere maxime putrefactos,
Denteſque ipſos educere ſine dolore.

92. DE VULPE.

Vulpeculam fert fama alumnam Nerei,
Hami receptis viſcera intra nexibus,
Invertere vomitione ſeſe callida,
Ceu

dicus, hercule, in eo erravit lepide: Ut non obſcure probant ea, quæ de integro aculeo omnes teſtantur uno ore, ipſeque Plinius de gingivis eo ſcarificandis in dentium dolore ſcribit. Nullus ego dubito, quin cautiores & prudentiores aculei pulverem cum helleboro ſumſerint pro ipſo aculeo propter vires ejus nimias, quas ſic temperabant & frangebant. Neque alia de cauſa Celſus, credo, eum toſtum primo & comminutum, cum reſina miſcet, & ſic dentibus applicat male affectis: Vide Libr. 6 Cap. 9. Qui igitur ipſo aculeo utebantur, eo uti debebant caute, ne nimis diu aut nimis alte inhæreret, & ſic noceret, non prodeſſet, vi ſua: Quo pertinet Pauli ἐπικρυόμενον, quod aculeum illiſum & leviter applicitum, non immiſſum & profundius ingeſtum aperte indicat: Commode profecto, & convenienter: Quare cave, Medicum cum Medico corrigas.

ΠΕΡΙ ΑΛΩΠΕΚΟΣ] Liber Anglicanus, Περὶ κερδαλῶν θαλασσίων. Sumta hæc ex Æliani Lib. 9. Cap. 12.

3. Σοφῶς ἑαυτὴν ἀπὸ τῶν ἔνδον στρέφειν] &c.] Ita Philes cum Æliano & Plutarcho in Libro de Solert. Animal. Nihil ineptius aut ridiculum magis: Nam vulpes, quam nobis deſcribunt Antiqui, ita non magis ſe invertere poteſt, quam nos invertere poſſumus noſmet ipſi. Rectum eſt, quod de ratione elabendi, qua vulpes utitur, ſcribit Oppianus Lib. 3. Halieutic. Et ita ſimiliter plane Ælianus in Variis Libro

Ως ἱματισμὸν σηρικῶν ὑφασμάτων·
Ως ἂν ὁ χαλκὸς ἐμπαγεὶς διεκπέσῃ.

ΠΕ-

bro 1. Cap. 5. Quod ubi considero, non video, hercule, quomodo ita variare potest unus idemque Auctor; nisi judicio prorsus destitutus omnia arripiat, quæ inter legendum sibi occurrant, bona mala, apta inepta, consona dissona, sine ullo discrimine, eaque in suam Collectaneorum farraginem sic conjiciat statim. Sed ea de re alias plura. Quod Oppianus de vulpe scribit, scribit etiam Plinius Lib. 9. Cap. 43. *Scolopendræ terrestribus similes, quas centipedes vocant, hamo devorato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant, deinde resorbent. At vulpes marinæ simili in periculo glutiunt amplius usque ad infirma lineæ: quæ facile prærodant.* In quibus sibi præeuntem habuit Aristotelem, qui ita Libro 9. Cap. 37. de Histor. Animal. ἐὰν δὲ καλῶσι σκολόπενδραν, ὅταν καταπίῃ τὸ ἄγκιστρον, ἐκτρέπεται τὰ ἐντὸς ἐκτός, ἕως ἂν ἐκβάλῃ τὸ ἄγκιστρον· εἶθ' οὕτως εἰστρέπεται πάλιν ἐντός. βαδίζουσι δ' αἱ σκολόπενδραι πρὸς τὰ κνισώδη, ὥσπερ καὶ χερσαῖαι. τῷ μὲν οὖν στόματι οὐ δάκνουσι, τῇ δὲ ἁφῇ καθ' ὅλον τὸ σῶμα, ὥσπερ αἱ καλούμεναι κνίδαι. τῶν δὲ ἰχθύων αἱ ὀνομαζόμεναι ἀλώπεκες, ὅταν αἴσθωνται, ὅτι τὸ ἄγκιστρον καταπεπώκασι, βοηθοῦσι πρὸς τοῦτο, ὥσπερ καὶ ἡ σκολόπενδρα. ἀναδραμοῦσαι γὰρ ἐπιπολὺ πρὸς τὴν ὁρμιάν, ἀποτρώγουσιν αὐτῆς. Illa, ἐκτρέπεται τὰ ἐντὸς ἐκτὸς, ἕως ἂν ἐκβάλλῃ τὸ ἄγκιστρον· εἶθ' οὕτως εἰστρέπεται πάλιν ἐντὸς, recte vertit Gaza, *evomit foras sua interiora, donec hamum ejiciat: tum recipit intro, ac valet eadem qua ante salubritate:* Et non minus recte Plinius, *hamo devorato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant, deinde resorbent.* ἐκτρέπεσθαι proprie est educere & vertere foras: Quod cum vomendo etiam fiat, perbene & Gaza & Plinius verbum ita exposuerunt. Hoc vident omnes. Quod si tamen proprie magis reddere velis, *educit sibi interanea foras, donec ejiciat hamum, dein sibi inducit ea iterum intro*, non aberrabis certe, aut sententiæ injuriam facies. Et hoc apertum, nec impossibile, ubi scolopendræ marinæ, æque ac terrestres, non modo interanea habent minus involuta & implicita, sed etiam corpore sunt tenaci ac firmo, sic ut sine vitæ periculo interanea educere possint usque ad partem illam, cui inhæret hamus, eaque, ubi hamum excusserint, facile iterum reducere ad sedes suas: Hoc omnes sentiunt, & adeo mirabitur nemo. Quare credo, quod Aristoteles, quod Plinius ex Aristotele de scolopendra scribit. Sed addamus aliud: Verba Aristotelis, quanquam cum Plinio & Gaza ita accipi debent, aliter tamen revera accipi possunt: Nam quadantenus

sunt

Ceu vestis inverti solet holoserica,
Nimirum ut æris uncus infixi excidat.

93.

sunt ambigua, & quod de interaneis diximus, ad totum corpus interius extendi potest. ἐκτρέπεται τὰ ἐντὸς ἐκτὸς scilicet significare potest, si verba consideres sola, *interiora vertit extra*, & sic facit, ut quæ interiora erant, evadant exteriora; similiterque εἰστρέπεται πάλιν ἐντὸς idem illud sensu contrario: Neque quicquam est, quod expositionem illam respuere possit, nisi ipsius rei absurditas. Nullum enim animal in rerum natura credo reperiri, quod ita se invertere possit, ut tota longitudine omnibusque partibus suis interiora efficiat exteriora, itaque cum corpore ludat, ut cum tunica aut indusio solent homines. Quod ubi certum est, nemo paulo humanior hic verbis tribuet, quod naturæ & sanæ rationi adeo repugnat. Quid tamen? Nonne ex illa ambiguitate minus attentos sensum ridiculum & ineptum verbis affinxisse putas? Ea de re ego non dubito hercule, ubi de ipsa vulpe traditum video, quod in ea longe minus, quam in scolopendra, locum habere potest. Visne tandem illud, quod est hujus commentatiunculæ caput? Quod de vulpe scribunt ineptum, & de scolopendra scriptum fuisse auguror, utrumque ex uno illo loco summi Philosophi male lecto & intellecto enatum suspicor plane. Videamus paucis: De scolopendra diximus: Id autem ubi male acceptum in illo loco, alterum de vulpe secutum est facile: Attende modo ad illa verba, ὥσπερ καὶ ἡ σκολόπενδρα, per se posita ad finem Pericopæ: Quæ cum ad suppetias, quam sibi ipsi fert vulpes, similiter ut scolopendra, pertineant γενικῶς, aliquis calidior & imprudentior loco per festinationem leviter inspecto, ita accepit, ac si εἰδικῶς eadem esset elabendi ratio vulpibus & scolopendris; idque ita acceptum in literas retulit, aliique postea ab eo mutuarunt, & prodiderunt memoriæ. Sentisne? Sic ex errore unius, qui festinabat nimium, error ortus est plurium, qui transcribendo operam dabant, & aliorum lucubrationes compilabant, quos inter ipse Plutarchus homo satis nasutus. Quid videtur? Ego de his ita sentio prorsus, aliosque cordatiores mihi suffragaturos esse auguror, ubi similium errorum exempla suppetunt plura. Quod si scriptum fuisset in loco illo Aristotelis, τῶν δὲ ἰχθύων αἱ ὀνομαζόμεναι ἀλώπεκες, ὅταν αἴσθωνται, ὅτι τὸ ἄγκιστρον καταπεπώκασι, βοηθοῦσι πρὸς τοῦτο, οὐχ ὥσπερ ἡ σκολόπενδρα, ἀναδραμοῦσαι δὲ ἐπιπολὺ πρὸς &c, nemo ita errare potuisset festinans, omnesque fabellæ de vulpe sese ut tunicam invertente, auditæ fuissent nunquam. Tantum est oculo attento singula inspicere, & quæ ab aliis

ΠΕΡΙ ΙΟΥΛΙΔΩΝ ΚΑΙ ΛΑΓΩΟΥ.

Φύει μὲν ἡ θάλασσα τὰς ἰουλίδας,
Εστι δὲ φαυλότατον ἰχθύων γένος,
Καὶ τοὺς ἐν ἀκταῖς μᾶλλον οἰκοῦσι λίθους·
Δειναὶ δὲ λυπεῖν τοὺς ἐν ὑδροθηρίαις,
Οταν κατ' αὐτῶν εἰσρυῶσιν ἀθρόαι.
Γεγευμέναι δέ τινος ἰχθύος μόνον,
Αβρωτον ἀπέφηναν αὐτὸν εὐθέως.
Ιοῦ γὰρ αὐταῖς πλῆρες ἐστὶ τὸ στόμα.
Κἄν τις τὸν ἰχθὺν ἀγνοῶν ἐπεσθίοι,
Στροφαῖς ὀδυνῶν ἐστιᾷ τὴν γαστέρα,
Ως καὶ λαγωὸν εἰ θαλάττιον φάγοι.
Πρὸς γὰρ τὸν ἐκ γῆς ὑπεναντίως ἔχει,
Καὶ γυμνὸς οὗτός ἐστι μικροῦ κοχλίας.

ΠΕ-

aliis ſcripta ſunt, rite examinare, & ad ipſos fontes ſuos reducere. Berſmannus Præceptorem ſuum ſecutus, hic edidit, Σοφῶς ἑαυτὴν τὸ ἀπ' ἰξ ἴδιον στρέφειν. Quam acute, quam ſuaviter, quam ſcite?

ΠΕΡΙ ΙΟΥΛΙΔΩΝ ΚΑΙ ΛΑΓΩΟΥ] Poſterius eſt a Berſmanno: Nam Editio Arſenii & Liber Anglicanus ſolummodo habent, Περὶ ἰουλίδων. Et hæc ſumta ex Æliani Lib. 2. Cap. 44. & 45.

2. Εστι δὲ φαυλότατον ἰχθύων γένος] Liber Anglicanus male ἰχθύος pro ἰχθύων. Bersmannus & Camerarius, Εστι δὲ φαυλότατον τόδ' ἰχθύων γένος.

3. Οἰκοῦσι λίθους] Editio Berſmanni, οἰκοῦσι λίθοις.

6. Γε-

93. DE JULIDIBUS ET LEPORE.

Fert Amphitrite Julidas ſub æquore,
Genus natantum, quod venenis affluit,
Amatque ſcrupos & latebras litorum,
Damnum inferens grave, in mari piſcantibus,
Denſo prementes impetunt quos agmine.
At piſcium quemcunque deguſtaverint,
Inſuavis ut ſit eſui, cauſam ferunt
Oris veneno, quo refertæ ipſum imbuunt.
Quod ſi quis hunc ignarus alvo inferciat,
Affert dolorum ſæva ventri tormina,
Ceu qui marinum neſcius leporem vorat.
Terreſtris ille non refert imaginem,
Haud cochleæ diſpar carenti tegmine.

94.

6. Γεγευμέναι δέ τινος ἰχθύος μόνον] Bersmannus & Camerarius, Γεγευμέναι δέ τινος αὖ ἰχθύος μόνον.

7. Ἀπέφηναν αὐτὸν εὐθέως] Bersmannus & Camerarius, ἀπέφηναν τὸν αὐτὸν εὐθέως.

8. Πλῆρες ἐστὶ τὸ] Editio Bersmanni, πλῆρες ἐστὶν τὸ.

11. Ὡς ὁ λαγωὸν &c.] Lege apud Ælianum, Λαγὼς δὲ θαλάττιος βρωθεὶς καὶ θάνατον ἤνεγκε πολλάκις. πάντως γὰρ τὴν γαστέρα ὠδύνησε. τίκτεται δὲ ἐν πηλῷ, ὁ οὐκ &c. Vulgo legitur, πάντως δὲ τὴν γαστέρα ὠδύνησε. τίκτει γὰρ ἐν πηλῷ. Quod ridiculum & ineptum. Amanuenſes in iſtis particulis errarunt millies, ut nemo Eruditorum neſcit.

ΠΕΡΙ ΠΕΡΣΕΩΣ.

Ιχθὺς ὁ περσεὺς ἐμφερὴς τοῖς ἀνθίαις,
Μᾶλλον δὲ τοῖς λάβραξι τοῖς βορωτάτοις.
Ος ἐκ κεφαλῆς εἰς ἐρυθρὰν γαστέρα
Ζώναις χρυσαῖς ἄντικρυς ἠγλαϊσμένος,
Υἱὸς μυθικῶς Αφροδίτης ἐκρίθη.
Πλωτῶν δὲ θηρῶν δυσμενῶν κατισχύει,
Οδοῦσι μακροῖς ϗ τομαῖς πεφραγμένος.

ΠΕΡΙ ΠΙΝΗΣ.

Τῶν ὀστρέων ἕν ἐστιν ἡ πίνη γένος,
Η τὰς φρενητὰς παρανοιγνῦσα πτύχας

Κεῖ-

ΠΕΡΙ ΠΕΡΣΕΩΣ] Liber Anglicanus, Περὶ ἰχθύος τοῦ καλουμένου Περσέως. Sumta hæc ex Æliani Lib. 3. Cap. 28.

3. Εἰς ἐρυθρὰν γαστέρα] Illud ἐρυθρὰν Ælianus non habet. An tamen in Libro forte extitit Philæ?

4. Ζώναις χρυσαῖς ἄντικρυς ἠγλαϊσμένος] Editio Berſmanni, Ζώναισι χρυσαῖς ἄντικρυς ἀγλαϊσμένος.

5. Υἱὸς μυθικῶς Αφροδίτης ἐκρίθη] Hoc Ælianus non dicit, & ab alio accepit Philes: Quare & ventris ruborem ab eodem Auctore accipere potuit. Piſcis, quem Veneris marinæ & aureæ fabulabantur filium, dictus eſt Perſeus ab inſigni illa fortitudine, qua omnes alios piſces vincit & ſuperat. Perſeus omnium fortiſſimus apud ipſos Arabes: Ab eo piſcium fortiſſimo nomen inditum ab Arabibus. Ita hoc intelligendum: Cave, credas, υἱὸς Αφροδίτης ad Perſeum & nomen Perſei alludere: Nam ſic turpiter erraſſet Auctor, & quod ipſi pueri non ignono-

94. DE PERSEO.

Quem Perfea vocant, is fimilis eft Anthiis,
Vel rectius lupos refert imagine.
Cujus caput ad alvum ufque rubram, cingulis
Eft aureis videre diftinctum palam.
Satum Diona judicant hunc fabulæ:
Natantiumque quodlibet vincit genus
Mucrone dentium, fimulque audacia.

95. DE PINNA.

Genus oftreorum eft Pinna, quæ plicis domum
Hiantibus recludit, in qua conditur,

Per

norabant de Danae Perfei matre, peffime ignoraffet ille. Berfmannus cum Camerario, Υἱός τε μυθικῶς pro Υἱὸν μυθικῶς.

7. Ὀδοῦσι μακροῖς καὶ τομαῖς πεφραγμένος] Ingratum eft illud τομαῖς poft ὀδοῦσι μακροῖς: Scribe abfque mora, ὡ τομοῖς, *&* *acutis acriterque penetrantibus*. Sic nihil appofitum magis. Pro μακροῖς Margo Libri Anglicani peffime μικροῖς.

ΠΕΡΙ ΠΙΝΗΣ] Ita Editio Arfenii cum Libro Anglicano & hic & poftea: Berfmannus liquidam geminavit: Nefcio, qua de caufa, ubi & πίνη & πίννη reperitur promifcue. Eruditi fciunt. In eodem Libro Anglicano Defcriptio hæc legitur Inferius poft Defcriptionem Echeneidis. Junge cum his Ælianum Lib. 3. Cap. 29. & Lib. 10. Cap. 13.

1. Ἐστι ἡ πίνη] Male Liber Anglicanus, ἐστι ἡ πίνη.

2. Φορητὰς παμποικιλόχροα πλύχας] Berfmannus & Camerarius, φορητὰς

Κεῖται καθ' ὑγρῶν, ἢ προβάλλει σαρκίον,
Ἐκ τῶν ἑαυτῆς μαλθακῶν ἐντοσθίων.
Ὅταν δὲ μαινὶς ἀπατηθεῖσα δράμοι,
Καρκῖνος αὐτῇ συμβιῶν προσεγγίσας,
Νύττει μετ' αἰδοῦς ταῖς λαβαῖς τὸ σαρκίον.
Ἡ δὲ πλέον κέχηνεν, ἡ δὲ προσνέει,
Καὶ τοῖς λαθοῦσι διπτύχοις ἁλίσκεται.
Ὑγρὸν δὲ ῥυὲν τῷ σομάχῳ τῆς πίνης,
Εἰς ἀστραπῆς ἔλλαμψιν εὑρέθη λίθος.
Κινούμενος δὲ τῇ καθειρχθείσῃ ζέσει,
Εἰς μαρμαρυγὴν ὀργανοῦται μαργάρου.
Πίνη δὲ ποιεῖ καὶ τριχῶν βλάστην ξένην,

τὰς ἀπεξεσμένας πλόκας.

5. Ὅταν δὲ μαινὶς ἀπατηθεῖσα δράμοι] Bersmannus & Camerarius, Ὅταν δὲ μαινὶς πρὸς ἀπατηθεῖσα δράμοι.

6. Καρκῖνος αὐτῇ συμβιῶν &c.] De his egregie Rondeletius Lib. 18. de Piscibus, quem adire debes, ut fabellas vulgares mente tua excutias. Bersmannus cum Camerario inter καρκῖνος & αὐτῇ interposuit ἄρ'.

10. Ὑγρὸν δὲ ῥυὲν τῷ &c.] Bersmannus & Camerarius, Ὑγρὸν ῥυὲν σομάχου δὲ τῆς πίνης ἄπο.

11. Εἰς ἀστραπῆς ἔλλαμψιν] *Ad fulguris coruscationem*; fulguris corusco: Vide Ælianum loco citato, & Athenæum Lib. 3. Interpres non intellexit Philen, & strenue ineptit.

12. Κινούμενος δὲ τῇ &c.] Elegans est κινεῖσθαι de seminibus, quæ crescere & germinare incipiunt, eodemque sensu de margaritis hic adhibetur etiam eleganter.

13. Εἰς μαρμαρυγὴν] Bersmannus & Camerarius, Εἰς μαρμάρυξιν.

14. Πίνη δὲ ποιεῖ καὶ τριχῶν βλάστην ξένην] Ex isto capillitio pinnæ Sindones etiam confectæ: Ita intelligendus est locus Arriani in Periplo Maris Erythræi, μετὰ δὲ Κόλχους ἐκδέχεται]

Per aquasque fusa porrigit carunculam,
Quæ corpus ambit molle, cassum lumine,
Quo Mæna si decepta credula advolet,
Convictor ejus atque custos pinnoter,
Illam admonet morsu levi carunculæ.
Hæc monita pandit amplius sinum, irruens
Hoc implicatur Mæna non sat provida.
Pinnæ quod humidum effluit de viscere,
Qui fulgur æquet, fit lapillus lucidus;
Sed unionis induit tandem jubar,
Vis promoventis si caloris appetat.
Quin & pilorum pinna germen byssinum
Fert,

κεῖται πρότερος αἰγιαλὸς ἐν κόλπῳ κείμενος, ἔχων χώραν μεσόγειον, λεγόμενος Αργάλου ἐν ἐνὶ τόπῳ τιτρᾶται παρ' αὐτῶν τῆς Ηπιοδώρου συλλεγόμενον πινικόν. φέρεται γὰρ ἐξ αὐτῆς σινδόνες Εβαργαρείτιδες λεγόμεναι. Nam κεῖται συλλεγόμενον πινικὸν haud dubie legendum, & de vellere pinnarum accipiendum, quod ex concharum frequentia collectum: Nihil certius. In voce Αργάλου variant Libri: Illos Arriani partim Αργάρου, partim Αργάλου legisse, nullus ego ambigo. Ex priori scriptura sequens Αργαρείτιδες originem ducit: Sindones, quæ ex capillitio pinnarum in Argari littore texebantur, a loco dictæ Αργαρείτιδες. Qui ad margaritas ista referunt, somniant lepide ex eburnea porta. Sed hoc in transitu: De Arriani loco plura alibi: Difficilis enim est, & eum hic explanare non patitur ratio instituti. Arabicis concham margaritiferam *Echinorum modo hirsutam* esse, ex Juba tradit Plinius Lib. 9. Cap. 35. Histor. Natural. Quod ego non intelligo, & ignoro, qui verum esse possit: Nam spinas habent Echini, non capillitia villosa. Fidem tamen hic habent Pli-

Ὡς ἐξ ἀραχνῶν συμφυῶν τῶν ἐγκάτων·
Ἧς ἡ φεραυγὴς καὶ χλιδῶσα λεπτότης,
Ξανθοῖσι πλοχμοῖς ἐνδεθεῖσα παρθένων,
Σπαργῶντας αὐταῖς μαστροπεύει νυμφίους.
Ἐξοστρακωθὲν εἰς παρακμὴν τὸ στέγος,

Ἐξο-

Plinio, qui cæteroquin omnia ab eo ſcripta, in dubium vocare ſolent: Visne ſuſpicionem meam? βρύτοι Græcis animalculum, quod ſericum gignit: Heſychius loco inſigni in V. Βρυτίνη: Βρύτινη, ἐν μαλθακοῖς, ἀμοργὸν ἔνδον βρυτίνην τιθέντ' ἴνα, ἔπαιξε πρὸς τὸ πήνισμα τὸ βρύτινον. ἔστι δὲ καὶ ζῷον βρύτον, ὅμοιον κανθάρῳ, καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ, βρύτινον πήνισμα. ὅπερ ὑπ' ἐνίων βομβύκινον λέγεται. Pauſanias in fine Eliacorum, οἱ μίτοι, ἀφ' ὧν τὰς ἐσθῆτας ποιοῦσιν οἱ Σῆρες, ἀπὸ οὐδενὸς φλοιοῦ, τρόπον δὲ ἕτερον γίνονται τοιόνδε. ἔστιν ἐν τῇ γῇ ζωΰφιον σφίσιν, ὃν σῆρα καλοῦσιν Ἕλληνες, ἀπὸ δὲ αὐτῶν Σηρῶν ἄλλο πού τι, καὶ οὐ σὴρ, ὀνομάζεται. μέγεθος μὲν ἐστιν αὐτοῦ διπλάσιον ἢ κανθάρου ὁ μέγιστος, τὰ δὲ ἄλλα εἴκασται τοῖς ἀράχναις, οἳ ὑπὸ τοῖς δένδρεσιν ὑφαίνουσι. καὶ δὴ καὶ πόδας ἀριθμὸν ὀκτὼ κατὰ ἔχει τοῖς ἀράχναις. ταῦτα τὰ ζῷα τρέφουσιν οἱ Σῆρες οἴκους κατασκευασάμενοι, χειμῶνός τε καὶ θέρους ὥρᾳ ἐπιτηδείους. τὸ δὲ ἔργον τῶν ζώων κλῶσμα εὑρίσκεται λεπτὸν, τοῖς ποσὶν αὐτῶν περιειλιγμένον. De eodem animalculo ſentit uterque. Ab iſto βρύτῳ diſtinguendus eſt βρύσσος, qui ἐχῖνος eſt θαλάσσιος: Heſychius in V. Βρύττος, εἶδος ἐχίνου πελαγίου, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης. οἱ δὲ ἰχθύν. οἱ δὲ σκυλλάβους βρυτίνους. Ita legendum ſuſpicor. Idem in V. Ἀμβρυττοι: Ἀμβρυττοι, εἶδος ἐχίνων θαλασσίων, Ἀριστοτέλης αὐτοὺς δὲ βρύττους καλεῖ. Locus Philoſophi eſt in Lib. 4. Cap. 5. de Hiſtor. Animal. ἄλλα δὲ δύο γένη ἐχίνων, τό τε τῶν σπατάγγων, καὶ τὸ τῶν καλουμένων βρύσσων. γίνονται δὲ οὗτοι πελάγιοι, καὶ σπάνιοι. Ubi ſcribendum eſt βρύσσων, pro βρύττων, quod in Libris ſuis invenerunt Grammatici Antiqui: Diſtinctio nota eſt ipſis pueris. Cum igitur Juba ſcripſerat vellus conchæ Arabicæ βρύτου velleri eſſe ſimile, & conchas illas veſtiri pilis, qui βρύτων referunt pilos, Plinius in mendoſos Codices incidens, qui βρύττων pro βρύτων exhibebant ſcriptum, ex eo confecit ſuum *Echinorum modo*, & villoſitatem concharum comparavit cum Echinorum villoſitate. Sentisne? Una litera male adſcripta pro animalculo terreſtri ſuppoſuit animal marinum, & Echinis, quibus nemo vellera unquam dederat, vellus dedit

Fert, ſtamine haud araneorum diſcrepans.
Cujus nitor, ſubtilitaſque, cirrulis
Addit puellarum venuſtatis decus,
Lenocinandis perquam idoneum procis.
Natura cancrum marcidam deponere
Teſtam,

dit delicatum ac tenue. βρύτον igitur Græcis animalculum illud, quod cantharo ſimile, aliquid texit, quod a multis pro ipſo bombycino habitum. Heſychius, ὅπερ ἐκ' ἐνίων βομβύκινον λέγεται. Quid proprie fuerit ex ſententia eorum, quae Heſychius exſcripſit, non dicitur: Sed ſequens Notula defectum ſupplet, Βρυτίνην, βυσσίνην: Unde colligo, eos pro byſſo habuiſſe lanuginem iſtam. βρύτος Echinus eſt, & hujus veſtitus ſpinæ, non bombycinum aut byſſus: Res eſt aperta. Et ſic etiam apparet, quam fœde ac turpiter errent, qui βρυτίνην & βρύτινον πήνισμα ad βρύτους & Echinos referunt, itaque ab illis dicta putant. Apage, apage nugas, quas præter rem ipſam & generis & ſcripturæ differentia aperte refellit. In Cratini loco iidem miſere etiam hallucinantur: Nam peſſime ἀμοργὸν βρυτίνην jungunt, & *linum brytinum* explicant. Quis unquam ἀμοργὸν dixit linum? Quis ex iſto nomine Inſulæ fecit nomen veſtis, aut materiæ, ex qua veſtis conficitur? Nemo, nemo. Tu vertas igitur Cratini Verſum, *Intus expilatorem aliquem nere βρυτίνην*, vel *Intus expilatorem nere aliquam βρυτίνην*. Notiſſimus eſt ἀμοργὸς & ἀμολγὸς, qui & μοργὸς & μολγὸς dicitur: Talem, Demagogum haud dubie aut alium rei publicæ admotum, præ oculis habuit Cratinus; talem νήθειν κρόκην βρυτίνην dixit Corculum feſtivum ſcominate Comico, cujus acrimonia nunc nobis, ut aliorum pleroumque, eſt ignota. Sic convenit Heſychii ἴπαιξε, quod ex ipſis Scholiis ſumtum; & Linguæ nulla fit injuria. Longe plura de his notanda eſſent: Sed differo in aliud tempus.

17. Ξανθοῖσι πλοχμοῖς &c.] Liber Anglicanus, Ξανθοῖς πλοκαμοῖς ἐνδεθεῖσα παρθένων: Quod ego in his prætero.

19. Ἐξοστρακοῦν εἰς &c.] Liber Anglicanus hic Titulum habet novum, Περὶ καρκίνων: Perbene, ubi diſtinctio Capitum eſt invecta: Nam hæc nihil cum præcedentibus habent commune, & καρκίνος, de quo hic, longe diverſiſſimus ab illo Pinnothere, de quo paulo ante. Quare ne-

Ἐξοστρακίζειν οἶδε καρκίνου φύσις.
Οἰστρούμενος γὰρ κνησμοναῖς ἀποκρύφοις,
Ἐκεῖνος ὀργᾷ πανταχῇ τροφῆς χάριν·
Ὀγκούμενος δὲ πλησμονῇ τὴν γαστέρα,
Σοφῶς ὑποσπᾷ τῆς καλύπτρας τὰς δέσεις.
Τοῦ θρύμματος γοῦν ἐκπεσόντος αὐτίκα,
Νοσῶν ὁ γυμνός, εὐπαθὴς γὰρ εὑρέθη,
Μένει τροφῆς ἄγευστος εἰς πλεῖον χρόνον.
Πηγνύμενος δὲ τῇ δορᾷ τῇ προσφάτῳ,
Τροφὴν ἔχει τὴν ψάμμον ἣν εὗρε κλίνην.
Ὅταν δὲ καλῶς ὀστρακωθῇ τὸ στέγος,
Εἰς πάντα χωρεῖ τὴν τροφὴν παρεκλέγων.

ΠΕΡΙ ΜΥΟΣ.

Θαλάττιος μῦς προσφυὲς φέρων δόρυ,

Καὶ

necessaria est Inscriptio, ne hebetiores turpiter cæspitent. Et hæc sumta sunt ex Æliani Libro 9. Cap. 43.

27. Εἰς πλεῖον χρόνον] Hoc non est Græcum, sed barbarum: Liber Anglicanus εἰς πλεῖστον χρόνον: Perbene. εἰς πλείω χρόνον etiam non fuisset malum; πλείω idem, quod πλείονα: Decennes sciunt.

28. Πηγνύμενος δὲ τῇ &c.] Bersmannus & Camerarius, Πηγνύμενος αὖ δὲ τῇ &c.

30. Ὅταν δὲ καλῶς ὀστρακωθῇ &c.] Bersmannus & Camerarius, Ὅταν καλῶς δέ τ' ὀστρακωθῇ &c.

ΠΕΡΙ ΜΥΟΣ] Ælianus Lib. 9. Cap. 41, Liber Anglicanus iterum ple-

Testam, magistra docuit haud incallida.
Oestro ciente nam penitæ pruriginis,
Movetur undiquaque, victus gratia:
Ingurgitationeque alvum turgidus,
Disrumpit arcta tegminis ligamina.
Sic involucris ergo decidentibus,
Nudus laborans, quippe morbo obnoxius,
Os abstinet gustu cibi diutine.
Mox integer recente pelle, vescitur
Præsenti arena, qua jacens lecto usus est.
Sed, glutinato rite rursus tegmine,
Prorepit ipsum pabuli quo fert amor.

96. DE MURE.

Gerens adnatam mus marinus lanceam,

Et

plenius, Περὶ μυὸς θαλαττίου.

1. Θαλάττιος μῦς προσφυὲς φέρων δόρυ] Quis *lanceam* tribuit muri? Nemo, nemo. Unde igitur hanc petiit Philes? Ex loco Æliani pessime descripto: Legitur nunc in Libris Nostris, τῶν γε μὴν οἰκετῶν θρασύτεροι οἱ θαλάττιοι, μικρὸν μὲν αὐτῶν τὸ σῶμα, τόλμα δὲ ἄμαχος, καὶ θαῤῥεῖ δύο ὅπλοις, δορᾷ τε εὐτόνῳ, καὶ ὀδόντων κράτει. Pro eo in suis invenit Auctor, δόρατι εὐτόνῳ, καὶ ὀδόντων κράτει. Hinc error satis insulsus; quem tollere non debemus: Nam id prohibet προσφυὲς. Alias δόρυ in δορὰν mutare esset facile. Cum Æliani loco junge Oppianum Lib. 1. V. 174. & seqq.

2. Καὶ

Καί τινας ἐκ ςόμαλος ἀκμὰς ὡς βέλη,
Χωρεῖ πρὸς ἰχθῦς, Αὐσονάρχα, δυσμάχους·
Καὶ τοὺς σαγηνεύοντας αὐτὸν οὐ τρέμει,
Γοργῶς διασπῶν τὰς πλοκὰς τῶν δικτύων,
Καὶ μέμφεται μῦς τοὺς ἀνύδρους ἐν σκότει,
Οἳ ζῶσι πικρῶς, κἂν συλῶσι τὰς ψίχας·
Οὓς καὶ γαλῆ τρίζουσα, καὶ πλὰξ, καὶ βρόχος,
Καὶ παγὶς ἐξέτριψε, καὶ βραχὺ στέαρ.

ΠΕΡΙ ΚΕΣΤΡΕΩΣ.

Κεςρεὺς δὲ λαμπρᾶς μειδιώσης αἰθρίας,
Ἔξεισιν εἰς τὴν χέρσον, ἀφεὶς τὴν χύσιν·
Ἐπὶ δὲ τοῦ χώματος ὑπνῶν εἰς βάθος,
Ἂν ἐκταραχθῇ, πρὸς τὸ ῥεῖθρον αὖ τρέχει,
Καὶ ζῇ καθαρὸς γηγενοῦς ὑποψίας,

Φυ-

2. Καὶ τινας ἐκ ςόμαλος &c.] Bersmannus & Camerarius, Καὶ δὴ τινας ςόμαλος ἄπ' ἀκμὰς &c.

6. Καὶ μέμφεται μῦς τοὺς ἀνύδρους ἐν σκότει, Οἳ ζῶσι &c.] Distinguere malo, Καὶ μέμφεται μῦς τοὺς ἀνύδρους, ἐν σκότει Οἳ ζῶσι &c.

8. Καὶ πλὰξ, καὶ βρόχος] Πλὰξ est tabula lata, quam lignaculum sustinet, quo concidente concidit quoque tabula. Res est satis nota. βρόχος laqueus est simplex & unus. Sic παγὶς recte sequitur de decipula, quæ majorem habet apparatum. Moneo, ne Tautologa videantur, quæ Tautologa non sunt.

ΠΕΡΙ

Et prodeuntium ore tela cuſpidum,
Cum bellicoſis miſcet arma piſcibus.
Nec perſequentum nexiles horret plagas,
Diſſuta morſu lina ſolvens acriter.
Terræque mures qui cavernis delitent
Irridet, ægre mica quos ſurrepta alit;
Quos ſtridulus felis, tabella, funium
Nexusque tollunt, atque lardi portio.

97. DE MUGILE.

Mugil ſereno blandiente ſidere,
Egreſſus in litus relinquit æquora,
Sub erutique dormiens ſpecu aggeris,
Cælo ruente, mox aquas rurſus ſubit,
Campis furentis haud procellæ obnoxius,

Na-

ΠΕΡΙ ΚΕΣΤΡΕΩΣ] Hoc Caput non habet Liber Anglicanus, ſed pro eo ſequens illud; quod tamen non ab ipſo Phile, ut hoc, ſed a recentiore illo Locupletatore profectum eſt ſine dubio.

2. Ἔξεισιν εἰς τὴν χέρσον, ἀφεὶς τὴν χύσιν] Berſmannus & Camerarius, Ἔξεισιν εἰς τὴν χέρσον, ἐκλιπὼν χύσιν.

3. Ἐπὶ δὲ τοῦ χώματος &c.] Berſmannus & Camerarius, Ἐπὶ χώματος δ᾽ ἐφυπνόων τοτ᾽ εἰς βάθος.

5. Καὶ ζῇ καθαρὸς &c.] Berſmannus & Camerarius, Ἐλεύθερος ζῶν γηγενοῦς ὑποψίας.

Φυγὰς ἐπ' αὐτὴν εἰσρυεὶς τὴν πατρίδα.

ΠΕΡΙ ΚΕΣΤΡΕΩΣ ΤΟΥ ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΥ ΑΔΩΝΙΔΟΣ.

Ἰχθύς τίς ἐςι τȣ̃ γένȣς τῶν κεςρέων,
Ἔθας νέμεσθαι ἐν πέτραις παραλίαις·
Ξανθὸς μέν τ' ἰδεῖν κ̧ μελίχροος πέλει·
Ἄδωνιν οἱ μὲν ἴδριες θαλασσίων
Καλȣ̃σιν αὐτὸν μυθικῶς κεχραγότες,
Ἄλλοι δὲ ἐξώκοιτον ἐκ τῆς αἰτίας.
Ὡς μȣ̃νος αὐτὸς τῆς ἁλὸς βαίνων ἄπο,
Πρὸς χέρσον αὐτὴν, ἐκτίθησι τὰς κοιτας.
Καὶ γάρ θ' ὅταν τὸ κῦμα πραϋνθῇ σάλȣ,
Ἐν τοῖς γαληνοῖς κ̧ ὑπευδίοις τόποις
Τότ' ȣ̃ν ἑαυτὸν ἐξοκέλλει ἀθρόως,
Τȣ́τȣ τ' ἐπ' αὐτῇ τῇ ῥύμῃ ὀχȣ́μενος,
Ῥίπτει τὸ σῶμα κατὰ πέτρων εὖ μάλα·

Hi

6. Φυγὰς ἐπ' αὐτὴν &c.] Editio Bersmanni, φυγάς γ' ἐπ' αὐτὴν &c.

ΠΕΡΙ ΚΕΣΤΡΕΩΣ ΤΟΥ ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΥ ΑΔΩΝΙΔΟΣ] Ita plenius Liber Anglicanus: Anonymus hæc satis fideliter descripsit ex Æliani Libro 9. Cap. 36, cum

Natale poſtquam ſe recepit in ſolum.

98. DE MUGILE DICTO ADONIDE.

Piſcis aliquis eſt ex genere mugilum,
Aſſuetus degere in ſaxis marinis:
Flavusque aſpectu & mellei eſt coloris:
Adonin quidem qui ſunt periti marinorum,
Vocant eum Poëtice loquentes,
Alii vero Exocœton non ſine cauſa,
Ubi ſolus ille mari excedens
Ad terram ipſam, extra ponit cubilia.
Etenim cum fluctus ſedatus eſt ſali,
In tranquillis & ſerenis locis
Tunc igitur ſe emittit confeſtim,
Hujusque impetu ipſo vectus
Jactat corpus in ſaxa commode admodum:

Ubi

cum quo jungere potes, ſi velis, Oppiani Verſum 155. & ſeqq. Lib. 1. Halieutic.

8. Ἐκτίθησι] Hoc verbum ſumſit, ut illud ἔξω in ἐξώκοιτον exprimeret: *Extra mare ponit.*

12. Τούτῳ] Scilicet κύμασιος: Moneo Tyrones.

Ηι καὶ βαθὺν τὸν ὕπνον εὕδει ἡδέως,
Πάντων ἀφροντίστως τε τῶν ἄλλων ἔχων,
Ανευ θαλασσίων γε ὀρνίθων μόνων,
Οὓς καὶ δέδοικε καὶ πέφρικεν ἐκτόπως,
Εἰδὼς ὅθ' ἡ θάλασσα αὐτοὺς ἐκτρέφει
Εκ τῶν ἑαυτῆς δαψιλῶν ἐδεσμάτων.
Τούτων τὶς αὐτῷ εἴποτ' ὀφθεὶς μακρόθεν,
Εὐθύς γε πηδᾷ καὶ ἐπάλλεται δίκην
Νέου χορευτοῦ ἢ κόρης ὀρχηστρίδος,
Σπεύδων παρ' αὐτῶν τῶν πέτρων ἀποδρᾶσαι,
Ως ἐμπεσὼν τάχιστα τοῖς κύμασσί τε
Σώσῃ ἑαυτὸν τῆς βορᾶς τῶν ὀρνέων.

ΠΕΡΙ ΑΦΥΩΝ.

Μήτηρ ὁ πηλὸς, καὶ πατὴρ ταῖς ἀφύαις,
Αἳ νουνεχῶς οἰκοῦσι τοὺς κοίλους λίθους·

Δε-

ΠΕΡΙ ΑΦΥΩΝ] Ælianus Lib. 2. Cap. 22.

1. Καὶ πατὴρ ταῖς ἀφύαις] Bersmannus & Camerarius, καὶ πατὴρ ταῖσιν ἀφύαις. Emendandus hac occasione Ælianus loco citato: Legitur vulgo, Ταῖς ἀφύαις ὁ πηλὸς γένεσίς ἐστι· δι' ἀλλήλων δὲ οὐ τίκτουσιν, οὐδὲ ἐπιγίνονται· πηλὸς δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ πάνυ ἰλυώδης, ὅταν συστῇ, καὶ γένηται μέλας, ἀλεαίνεταί τε ὑφ' ἡδονῆς ἑαυτοῦ φύσει τινὶ ἀπορρήτῳ τε καὶ ζωογόνῳ, καὶ μεταβάλλεται, καὶ εἰς ζῶα τρέπεται πάμπολλα. Inepte & ridicule: Quid enim? An ἡδε-

Ubi & profundum somnum capit suaviter,
Omniumque aliorum sine cura existens,
Præterquam marinarum avium solarum,
Quas & metuit & horret mirum in modum,
Sciens quod mare eas nutriat
Copiosis suis eduliis.
Harum aliqua ei si videatur eminus,
Statim saltat & tripudiat tanquam
Juvenis saltator vel puella saltatrix,
Festinans ab ipsis petris aufugere,
Ut delapsus celerrime in fluctus,
Servet se ab ingluvie avium.

99. DE APUIS.

Est Apuis mater lutum, est lutum pater:
Petras cavatas incolunt quæ callide

Se-

ἡδονή, an voluptas Venerea tribui potest limo? An ea incalescit limus, cum sese init scilicet? Hæc nimis insulsa, hercule, & effœta: Quare cave, Ælianum ita scripsisse putes: Amanuenses, quos novimus, ea fabricarunt sibi, aliisque, qui eodem vel simili sunt ingenio: Tu scribe, si sapias, ἀλεαίνεταί τε ἐφ' ὠδῖνας ἑαυτοῦ φύσει τινὶ ἀπορρήτῳ τε καὶ ζωογόνῳ, καὶ &c. *Indole sua prolifica calescit ad partum usque:* Eousque calore fovetur, ut tandem parturiens edat, quod in se complexus fuit.

Δεδοίκασιν γὰρ τὰς φορὰς τῶν πνευμάτων.
Τούτων ἑκάστη καὶ τροφῆς πλὴν ἐτράφη,
Τῆς συγγενοῦς τὸ σῶμα λιχμησαμένη.

ΠΕΡΙ ΤΡΙΓΛΗΣ.

Τρίγλη δὲ νηστὸν ἐστι καὶ λίχνον φύσει.
Καὶ γὰρ φιλήδει τοῖς κακόσμοις ἐκτόπως,
Καὶ τοῖς ῥυπαροῖς ἐντρυφᾷ θνησιδίοις.
Ἅπαξ δὲ, καὶ δὶς, ἀλλὰ καὶ τρὶς ἂν κύοι.

ΠΕΡΙ ΝΑΥΚΡΑΤΟΥ.

Ἐστί τις ἰχθὺς εὐτελὴς μὲν, εἰ βλέποις·
Εἰ δὲ κρίνοις, κράτιστος· εἰ δὲ λαμβάνοις,
Νεκρὸς Γαληνὸς εἰς γονὰς ἀποστρόφους.
Τὸν μὲν γὰρ εὐάγωγον ἐξ αὔρας δρόμον,

Εἰρ-

guit.] Hoc elegans & bonum, Auctoreque Sophista dignum.

3. Δεδοίκασιν γὰρ &c.] Liber Anglicanus, Δεδοίκασι γὰρ &c. Ita solet fere Noster, ut jam monuimus plus semel.

ΠΕΡΙ ΤΡΙΓΛΗΣ] Ælianus Lib. 2. Cap. 41. & Lib. 10. Cap. 2.

3. Καὶ τοῖς ῥυπαροῖς &c.] Bersmannus edidit, Καὶ τοῖσι ῥυπαροῖς &c.

ΠΕΡΙ ΝΑΥΚΡΑΤΟΥ] Ælianus Lib. 2. Cap. 17.

1. Ἐστί τις ἰχθὺς &c.] Editio Bersmanni, Ἐστὶν ὥς ἰχθὺς &c.

4. Τὸν μὲν γὰρ εὐάγωγον ἐξ αὔρας &c] Hoc mirum & vix credibile: Nam quod Rondeletius excogitat, ut cum ratione naturali conspiret, infirmum

est

Secum ferentis cuncta flaminis metu.
Nec pabulo quo nutriantur indigent,
Linctu refectæ mutuo consortium.

100. DE MULLO.

Natator est Mullus, gulæque prodigus,
Rebusque gaudet admodum male olentibus,
Fruiturque laute sordibus cadaverum.
Quod indicat nomen, quotannis ter parit.

101. DE ECHENEIDE.

Oculis tuenti vilis est piscis, probe
Quem cognitum quis æstimet validissimum:
Fœtus abortum nam coërcet mortuus,
Ventisque sistit impetus ferentibus

Na-

est & debile: Vide eum Lib. 15. Cap. 18. de Piscibus, & Lib. etiam 14. Cap. 3, ubi de lampetra sua, quam Oppiani & Æliani Echeneida non injuria putat, refert, quæ ego pro veris etiam accipere nolim. Corrigamus in transitu locum Pisidæ in Opificio Mundi huic satis similem: Nam quod de abortu inhibendo scribitur hic, scribitur etiam ibi, cum ea de re nihil extet apud Ælianum. Verba, quæ medelam requirunt, sunt illa,

Πτέρυξ γὰρ αὐτὸν πρὸς τὰ τοῦ στέρνου μέρη,
Κυκλοῖ περιπτύξασα κυμάτων δίκην·
Ἢν ταῖς θαλάσσαις ἀντερείδων ὁλκάσιν,
Ἱστᾷ τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ῥεῦμα, κἂν τρέχῃ,
Καὶ κυρτὸν ἀφρὸν ἀντεπικλᾷ τοῦ σάλου.

V v Quid

Εἴργει προελθεῖν ἐνδακὼν τὴν ὁλκάδα·
Καὶ τοὺς τέως ἄδοντας ἐκ θυμηδίας,
Στυγνόν τι πενθεῖν ἐκβιάζει ναυτίλους.
Κἂν μή τις αὐτὸν καταδὺς θᾶττον τέμῃ,
Ὀδοστατηθὲν οὐ δραμεῖται τὸ σκάφος.
Τὰς δὲ πρὸ καιροῦ συγκοπὰς τῶν ἐμβρύων
Ἵστησι ληφθεὶς ταῖς κυούσαις εὐθέως.
Τοῦτον τὸν ἰχθὺν, Αὐσονάρχα, ναυκράτην
Οἱ ναυτικοὶ καλοῦσιν ἐκ τοῦ πράγματος.

ΠΕΡΙ ΠΟΡΦΥΡΑΣ.

Εὖτ' ἄν τις ἀνὴρ πορφυρεὺς τὴν πορφύραν,
Οὐκ εἰς τροφὴν δὲ θηράσῃ ἀνθρωπίνην,
Ἀλλ' εἰς ἐρίων χρῶμα, εἰ μέλλει μένειν
Ἡ δευσοποιὸς καὶ δυσεκνίπτος χρόα

Ἀεί

Quid est τρίχη de fluctibus, ubi de navi non semel, sed bis præcessit? An id conveniens & aptum? Apage, apage nugas: Scribendum est sine dubio, κἂν βρέμῃ, Καὶ κυρτὸν ἀφρὸν ἀντεπικλᾷ τοῦ σάλου. βρέμειν de fluctuum concitatorum strepitu recte dicitur, & plane appositum est: Id vident omnes, qui aliquid in his videre possunt.

8. Τις αὐτὸν καταδὺς] Bersmannus & Camerarius, πς αὐτόν γε καταδὺς.

10. 11. Τὰς δὲ πρὸ καιροῦ συγκοπὰς &c.] Hos duos Versus ex Libro Oxoniensi addidimus; qui Auctore No-

Navis citatos, huic inhærens mordicus,
Nautaſque dextro gratulantes flamine,
Lugere verſas protinus cogit vices.
Quem ni quis urinator ocius ſecet,
Curſum carina ſuſtinens nil promovet.
Ante tempus vero fœtuum lapſus
Siſtit ſumtus uterum geſtantibus ſtatim.
Hanc, Imperator, Naucraten nautæ vocant,
Naves tenenti ex re indito cognomine.

102. DE PURPURA.

Cum vir aliquis purpurarius purpuram,
Non in cibum ceperit humanum,
Sed ad lanarum tincturam, ſi manſurus ſit
Conſtans & indelebilis color

Sem-

Noſtro non quidem ſunt indigni, ſed dubito tamen, an ab eo profecti ſint: Nam Verſus ſequentes certe interjectos illos non amant; quia nexum dirimunt, quem nominis Etymon requirit. Adhæc non plus dicunt Verſus hi duo, quam antea dixerat unus ille cum dimidio; εἰ δὲ λαμβάνοις, Νεκρὸς Γαλλωὸς εἰς γονὰς ἀποςρόφης: Quare Phileſ illis facile carere poteſt. Attende; fallor, aut ſuffragaberis mihi.

ΠΕΡΙ ΠΟΡΦΥΡΑΣ] Ælianus Lib. 16. Cap. 1. Hæc Purpuræ & ſequens Nautili deſcriptio ex Libro Anglicano etiam accedunt, & ejus-

Ἀεί τε λαμπρὰ καὶ καθαρ᾽ ἄνευ δόλου,
Δέον γε μὴν λαβόντα τὸν λιναγρέτην,
Αὐτοῖς μὲν ὀστράκοισι θλᾶν ἐξαπίνης
Λίθου βολῇ βαρείᾳ ἐν μιᾷ μόνῃ.
Ἂν γάρ τε κούφως ἡ φορὰ ἐπεισπέσῃ,
Τὸ ζῶον ὥστε ἔμπνοον μένειν ἔτι,
Ἀχρεῖος ἐστὶν εἰς βαφὴν ἡ δευτέρα
Βολὴ πελεαῖα. καὶ γὰρ αὐτὴ τῷ πόνῳ
Ἐξαφανίζει τήνδε τ᾽ εἰς ὄγκον κρέως,
Ἀναποθεῖσα γ᾽ αὖθις ἤ τ᾽ ἄλλως τότε
Καὶ ἐκρυεῖσα, εἰς ἀπώλειαν ἔβη.

ΠΕΡΙ ΝΑΥΤΙΛΟΥ.

Τίς πουλύπου δ᾽ αὖ, ὃν καλοῦσι ναυτίλον,

Σκηπτ-

dem haud dubie sunt Auctoris, cujus superiores inde petitæ.

6. Τὸν λιναγρέτην] Ita scripsi pro λιναγέρτην, quod in Libro MS. est; quia utrumque idem sonat, & locus sextus in his ipsis mavult Jambum, quam Spondæum. Ab ἀγείρω fit ἀγέρτης & ἀγρέτης, ut Eruditi sciunt: Et sic λιναγέρτης & λιναγρέτης non differunt. Ipsa vox significationis est ambiguæ: Nam vel linum tractantem denotat, vel retiarium, qui post capturam retia contrahit & colligit iterum. Posterius hic sumendum, ut quisque videt: Quare *piscatorem* verti. Apud Hesychium legimus suo loco, Λιναγρετυμβὸν, σὺνμυβὸν, λινὰ κακοσίμων λινεργοῦσα. Quod λιναγρέτην etiam confirmat. Sed quid tibi videtur de interpreta-

men-

Semper splendidus & purus sine dolo,
Oportet vero, eam capientem piscatorem
Cum ipsis quidem testis contundere subito
Lapidis uno solo ictu gravi.
Si enim leviter plaga inciderit,
Sic ut animal maneat adhuc spirans,
Inutilis est ad tincturam alter
Ictus lapideus: Etenim illa dolore
Evanidam reddit hanc in massam carnis,
Absorpta iterum quæ temere tunc
Et effluens, ad interitum properat.

103. DE NAUTILO.

Quis Polypum vero, quem vocant Nautilum;

O

mentis? Eane abblandiri possunt? Haud credo, si paulo sis perspicacior. Scribendum suspicor, Ἀναγεγραμμένη, συνημμένη λίνα, καλοιίμων, λιπεργοῦσα. Sic ista belle se habent. Plura alias: Nunc properamus ad ipsos carceres.

11. Ἀχρεῖος ἐστὶν εἰς βαφὴν ἡ δευτέρα βολὴ πετραία] Ita Liber manu exaratus: Male sine dubio & corrupte. Legendum est; ne multis te morer, Ἀχρεῖος ἐστὶν εἰς βαφὴν τῇ δευτέρα βολῇ πετραία. Sic Anonymus dicit, quod dicere debebat, & Ælianus, quem presse sequitur, dixit: Vide modo locum. Illud ζῶον interpositum bonos Amanuenses decepit.

ΠΕΡΙ ΝΑΥΤΙΛΟΥ] Ælianus Lib. 9. Cap. 34.

Σκηπλεχε, βλέψας μειδιώσης αἰθερίας
Ὑπερθε πόντε κοσμίως πεπλευκότα,
Οἷα τριήρες πλοῖον ἠγλαϊσμένον,
Οὐκ ἂν γένηθε τῇ ξένῃ ἤδη θέᾳ;
Οὗτος γάρ ἐστι πελύπες, κόγχην ἔχων
Στρεπτὴν ἕλιξ᾽, ἣν οἷον ἔνδυμ᾽ ἔννυται·
Καὶ πλεῖ μὲν ἐς κάτω τ᾽ ἄνω στρέψας κύτες,
Μή πως κλυδῶνος ὄντος, ἄλμης ἀρύσῃ,
Κἀκεῖνον εὐθὺς τῆς στέγης ἀποσπάσῃ·
Οταν δέ γ᾽ ἡ θάλασσα εἰρήνην ἄγῃ,
Θαῤῥῶν ἑαυτὸν αὖθις ὕπτιον στρέφει,
Καὶ ἀσφαλῶς πλεῖ πορθμίδος δίκην.
Παρεὶς γὰρ ἐντεῦθεν τε κἀκεῖθεν δύο
Τῶν πλεκτανῶν, ἠρέμα κινεῖ τὸ σκάφος
Οἷον γ᾽ ἐρέτων, καὶ προωθεῖ παντόθι.
Αλλ᾽ εἰ τυχὸν τὸ ῥεῖθρον ὑψῶται λίαν,

O-

7. Στρεπτὴν ἕλιξ᾽, ἣν οἷον ἔνδυμ᾽ ἔννυται] Ita scripsi pro Στρεπτὴν ἕλιξιν οἷον ἔνδυμ᾽ ἔννυ), quod Liber MS. vitiose exhibet.

9. Αλμης ἀρύσῃ] Ita Liber MS: Perperam & inepte, ubi sequitur Κἀκεῖνον εὐθὺς τῆς στέγης ἀποσπάσῃ: Nam sic oratio perplexa est & prava, ut quisque videt. Scribendum suspicor, ἅλμη ἐσρυῇ, Κἀκεῖνον εὐθὺς &c. Quod planum est, & in Versione Latina expressi.

13.

O Rex, videns ridente ſerenitate
Super mare decenter navigantem,
Tanquam navigium trireme bene ornatum,
Non delectetur novo ſtatim ſpectaculo?
Hic enim eſt Polypus, teſtam habens
Tortam ſtriis, qua veluti veſte eſt indutus.
Et navigat quidem deorſum vertens ſuperiora
Ne æſtu exiſtente, ſalſugo influat, (cavitatis,
Et illum ſtatim a domo avellat.
Cum vero mare pacem agit,
Fidens ſe iterum ſupinum vertit,
Et ſecure navigat ſcaphæ inſtar.
Demittens enim hinc & illinc duo
Brachiorum, leniter movet ſcapham
Tanquam remigans, & propellit quovis.
Sed ſi forte fluentum elevetur nimium,

Quan-

13. Καὶ ἀσφαλῶς πλεῖ &c.] Verſus mutilus & uno pede truncatus: Legi poteſt, Καὶ ἀσφαλῶς πλεῖ μάλα πορθμεὺς δίκην.

15. Ηρέμα κινεῖ τὸ σκάφος] Liber MS. ἠρέμα τι κινεῖ τὸ σκάφος: Particulam induxi, ne Verſus ſit Hypermeter.

17. Ἀλλ' εἰ τυχὸν τὸ ῥεῖθρον ὑψῶται λίαν] Liber MS. corrupte, Ἀλλ' εἰ τυχὸν. ὑψῶται λίαν, *elevatur altius*, quam ut brachiorum remigio commode

Οταν τὶ πνεῦμα τὸν βυθὸν διατρέχῃ,
Αψ τοὺς ἐρετμοὺς ὥσπερ οἴακας δ' ἔχων,
Εκὰς μὲν αὐτοὺς τῶν μερῶν διεξάγει,
Αλλας δ' ἐπαίρων αὖθις ὕψου πλεκτάνας,
Ων καὶ μεταξὺ ὡς ὑμήν τις μὲν πέλει
Χιτών τε λεπτὸς, ᾧτινι χρᾶται τότε,
Ισων καθ' ὀρθότητα, οἶάπερ λαῖφος,
Ναυτίλλεται ἥδιστα τοιόνδε τρόπον.
Αλλ' ἢν ἰδὼν μὲν δειματούμενος τύχῃ
Τὶ τῶν ἐπαχθῶν τῆς θαλάσσης κνωδάλων,
Αὐτὸς βυθίσας αὖθις ἄντλῳ τὸ σκάφος,
Εαυτὸν ἠφάνισεν ἐν μυχοῖς ἁλὸς,
Κίνδυνον ἐχθροῦ ὡς ὑποβρύχιος φύγῃ·
Παραδραμόντ' ὀλέθριον δ' ὅταν νοῇ,

Τότ'

mode uti possit.

20. Τῶν μερῶν] *A partibus*, quas in corpore occupant: Sed an non legendum τῶν μηρῶν?

23. Χιτών τε λεπτὸς]. Liber MS. male, Χιτὼν δὲ λεπτὸς.

25. Ναυτίλλεται ἥδιστα &c.] Ab hoc Nautilo artem fabricandi navem deducit Oppianus Lib. 1. Halieutic. Vers. 354. & seqq.

Ω πόποι, ὃς πρώτιστος ὄχους ἁλὸς
ἐφράσατο νῆας·
Εἴτ' οὖν ἀθανάτων τις ἐπεφράσατ', εἴτέ
τις ἀνὴρ
Τολμήεις πρώτιστος ἐπεύξατο κῦμα
περῆσαι·
Η πού κεῖνον ἰδὼν πλόον ἰχθύος, εἴκελον ἔργον
Δουροπαγὲς τόρνωσε, τὰ μὲν πνοιῇσι
πιέζονται
Εκ προτόνων· τὰ δ' ὄπισθε χαλινωτῆρα νηῶν.

Quem

Quando flatus aliquis profundum percurrit,
Retrorsum remos tanquam gubernacula habens,
Longius quidem eos a partibus deducit,
Alia vero tollens iterum in altum brachia,
Inter quæ etiam veluti membrana aliqua est
Tunicaque tenuis, qua utitur tunc,
Statuens in rectum, tanquam velum,
Navigat jucundissime hocce modo.
Verum si videns quidem metuat
Aliquod molestorum maris animantium,
Ipse demergens iterum sentina scapham,
Se evanidum reddit in recessibus maris,
Periculum ab hoste ut submersus effugiat:
Prætervectum exitialem vero ubi senserit,
Mox

Quem locum adscripsi, quia corruptus est, & operam meam desiderat: Nam unde pendent, quæso, illa, τὰ δ' ὄπισθε χαλινωτήρια νωμᾶν? An a πετάσας, & quidem πετάσας ποιήσει, quod arcte cohæret? Nihil ineptius; neque id te dicturum spero. At nihil aliud restat, ut vides. Certa & evidens igitur est menda: Legendum arbitror, τὰ μὲν ποιήσει πετάσας Ἐκ προτόνων· τὰ δ' ὄπισθε χαλινωτήρια νωμᾶν. *Illa quidem ex rudentibus expandens ventis, hæc vero a postica seu frena gubernans.* Vela expansa regit ventus, alia in navis postica regit ipse nauta, qui & ποδῶν & gubernaculi est arbiter. Elegans est oppositio, & νωμᾶν ita sumitur sæpe: Eruditi sciunt.

30. Ὑποβρύχιος] Hesychius suo loco, Ὑπόβρυχα, ὑποβρύχια. Cæterum

Τότ' ἀδεῶς ἄνεισι, καὶ πάλιν πλέει.
Ἐκ τῆσδε λοιπὸν, ἄνα, τῆς συγκυρίας
Οἱ ναυτικοὶ καλοῦσιν αὐτὸν ναυτίλον,
Ὃν ἡ φύσις γ' ἔτευξεν ἡδονῆς χάριν.

rum ad calcem Libelli in Editione παρὰ Στεφάνῳ Σαβίῳ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς Veneta typis excusum est, Ἐνετίῃσι αὐτοῦ, χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ τριακοσιοστῷ


ΤΕΛΟΣ.



Mox sine metu redit, & iterum navigat.
Hac porro, Rex, de causa eventuque
Nautici appellant eum Nautilum,
Quem Natura fabricavit voluptatis ergo.

στοῦ τρίτῳ, μουνυχιῶνος ὀγδόῃ. Quod moneo, quia Bibliothecarum Scriptores, dum alter alterum exscribit in anno errant.

F I N I S.



ΠΙΝΑΞ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ.

INDEX CAPITUM.

ΠΙΝΑΞ.

INDEX.

ΠΙΝΑΞ. INDEX.

FINIS.

TRAJECTI AD RHENUM,
Typis PETRI MUNTENDAM,
MDCCXXX.



